onem, Videlicet ꝙ extra caſus in quibus pecca-
tori incūbit ſingula peccata mortalia cōfiteri: nūq̄
neceſſaria eſt actualis attritio de ſingulis. vel etiã
rememoratio ſingulorꝝ. Ad idem videt̄ eſſe ſan
ctus Tho. q. v. in de veritate ſic dicēs. Ad iuſtifi-
catōem peccatoris nō reqrit̄ ꝙ ī ipſo iuſtificatōis
momēto aliqs de peccatis ſingul' cogitet: ſed ſuf-
ficit ꝙ cogitet de hoc ꝙ per culpam ſuã eſt auer-
ſus a deo. Rocogitatio autem ſingulorꝝ peccato-
rū debet vel precedere. uel ſaltem ſequi iuſtifica-
tionem. Hec Tho. Ad idem eſt cancellarius pari
ſienſis in ſuo triptito ſic. d. Sciens miſericordiſſi-
mus pater et cognoſcens noſtram fragilitatem ꝑ
maximã, & ad malū ꝓnitatem: multiplicib⁹ viis
mortali vita durante patiſſimus eſt nobis delicta
remittere, & gratiã conferre: ſi dūtaxat veraciter
& ex corde ſibi tres ſubſcriptas veritates porrigã
m⁹. Prima ueritas. Dñe ſi ſic uel ſic cōtra bonita-
tem tuam peccaui mihi diſplicet: ratione etiã cu-
ius penitentiã ago. qa te offendi, qui totus es ve-
nerãdus & colendus, qđq; mãdatum tuū tranſ-
greſſus ſum. ¶ Secūda ueritas eſt. Domine bonū
habeo ꝓpoſitum, & deſiderium tuo iuuamine me-

diante in futurū p̄cauendi ne incidā ī peccatū &
occaſiões iuxta poſſibilitatem viriū euitandi. Ter
tia ueritas. Domine bonā habeo voluntatem pec
catoꝝ meorū confeſſionem integre faciendi pro
loco & tempore, ſcḋm tuum & ſancte matris ec
cleſie mādatū & preceptum. Has veritates quiſ-
quis qualicūq; loco & tēpore ſinceriter non ficte
aut mendaciter ex corde pronunciauerit ſecurus
exiſtat in ſalutis & gratie ſtatu ſe cōſiſtere, et uitā
eternā mereri: q̄uis omnia crimina cōmiſiſſet. Si
etiā talis abſq; vlla confeſſiōe cōtinuo diſcederet
ī abſentia ſacerdotis dormiēdo: aut alio quocūq;
modo morte ſubita preuentus: idē finaliter ſalua
ret̄ acerbiſſima purgatorii pena mediāte. Ex quo
notandum & ſalubre conſilium elicitur: vt chri-
ſtianus ſingl'is diebus bis vel ſemel: ſero aut ma
ne, aut ſaltem feſtiuis diebus redeat ad cor ſuum
conſcientiam examinans. an tres premiſſas veri-
tates proferre valeat cum cordis ſinceritate, ſicq;
intra ſtatum ſalutis ſe eſſe confidat. hec de cācel-
lario. Nec mirum ſi ad penitentiam de peccatis
deus gratiam infundit dimittendo peccatum. cū
ipe propheta dicat. Dixi cōfitebor aduerſum me
zc̄. Cum etiam leproſi decem euntes vt oſtende
rent ſe ſacerdotib⁹ mundati ſunt anteq̄ ſe actu ſa
cerdotibus p̄ſentarent. Vnde etiam magiſter
ſententiarum ezech. xxviii. Sic allegat ad propo
ſitum. Quacunq; hora peccator conuerſus inge-

muerit ſaluus erit. Non dicit̃ ore cõfeſſus fuerit: ſed conuerſus ingemuerit. Huic conſonat dictũ alb. in. iiii. ſcripti. di. xvi. exponentis illud uerbũ Auguſtini in littera. Paueat etiã penitens ne prius a d domini corpus accedat: q̃ conformatus ſit bona conſcientia. Vult inq̃ dicere ꝙ omnis bona conſcientia adulti hominis habens gratiã eſt conformata. quia actus contritionis deteſtans peccatũ eſt actꝰ meritorius. Similiter actꝰ fidei in deũ & huiuſmodi. Et illis actibus mouet̃ quando iuſtificatur. & ſic ſtatim poſt primum momentum contritionis conformatus eſt bona conſcientia ꝑ opus interius meritoriũ, licet non exterius. ¶ Secundum conſolatorium conſcientie & efficacius eſt confeſſio ſacramentalis. Nam ſecũdum ſanctum Thomã & Sco. ſup. iiii. confeſſio inter alios effectus hunc habet ꝙ ſi dolor contritionis penitentie non fuiſſet ſufficiens: tunc cõfeſſio et abſolutio ſacramentalis penitentie ſuperueniens eius ſuppleret defectum. quia cum ipſa attritione de ſe inſufficiente, ſufficienter deleret omnẽ mortalem culpã: dummodo ipſe penitens tunc non ponat obicẽ gratie ꝑ cõmiſſionem actualis peccati mortalis. Vnde quando Dauid coram nathã confitebatur peccatum ſuum dicẽs: peccaui. ſtatim ꝓpheta ex parte dei dixit. tranſtulit deus peccatum tuum. zc̃. ii. reg. xiii. Quoꝝ ratio eſt. quia peccator ad hoc ut recuperet gratiã, & ſibi dimit-

tantur peccata: non requiritur ſecundū predicta
niſi ꝙ cū aliquali deteſtatōe etiā ſi illa de ſe īſuffi-
ciēs ſit nō ponat obicem gratie ꝓ tūc. De hoc aūt
poteſt homo cū confitetur ꝓbabiliter ualde ſecu-
rus eſſe. quia poteſt ualde ꝓbabiliter ſcire. ſ. tēpo
re cofeſſionis & abſolutōis ſe non peccare morta
liter: et ſe deteſtari ſua peccata. imo Sco. ſup. iiii.
dicit. Via iſta qua homo cōfitet̃ ſacramentaliter
eſt magis ī poteſtate hominis, et certior ad gratiā
primā recupandā. qa ibi nō oportet niſi nō pone
re obicem ad gratiā, quod multominus eſt q̄ ha-
bere aliquā actionē que per modū meriti de con
gruo ſufficiat ad iuſtificationem impii: ſicut fieri
oportet in contritiōe. Vnde dicit beat⁹ Auguſti.
& allegatur a magiſtro in. iiii. d. xvi. ut paulo ant
te dictū ē. paueat. ſ. penitēs ne prius ad dominicū
corp⁹ accedat q̄ ꝯformat⁹ ſit bona ꝯſcia. ſup quo
verbo dicit iterū Albertus. Homo habēs gratiam
uel preſumens ex probabili ſigno ſe habere grati
am poteſt accedere ad corp⁹ chriſti. Signū aūt ꝓ-
babile eſt inqt: ſi eſt cōfeſſus, et ſi dicit ſibi conſci
entia ꝙ pro nulla re uult ampli⁹ peccare, & peni-
tentiā debito tēpore libēter ſuſcipere. Ad idē eſt
conſtantiſſime Vuilh. pariſienſis in ſuo ſpeciali
tractatu de ſacramento penitētie capitulo penul
timo, vbi docet cōfeſſorē quō anteq̄ peccator cō-
fiteri incipiat eum alloqui debet, ſicut pater euan
gelicus filium inuētum qui perierat. Si inquit in

hoc propoſito venit ad confeſſorem .ſ. vt cõmittat & tradat ſe beneplacito dei, & hoc ex amore eius. Si ſe totũ paratus eſt dare & tradere miſeratiõi dei, & hac cauſa ne eius offenſam ĩcurrat: ut ĩ amorẽ & gratiã eius redeat: mortis ĩ ſe vincl'a dirupta eſſe cognoſcat. ſi tãtũ ſui amorẽ largit⁹ eſt ei clementiſſimus deus, ut de ſe toto ſtudio beneplacitum eius paratus ſit facere pro cõſilio ſacerdotis: cui anima eius curanda & regẽda a deo cõmiſſa eſt, nullaten⁹ de ſalute eius dubitet. Quis enim dubitet deum huiuſmodi penitentem pleniſſime poſſidere. Hec ille. Et docet ibi etiam ante cõfeſſionem inchoatã penitentem deo gratias de hoc referre: a quo omne bonũ, & poſtea diſticte cõfiteri peccata. ¶ Tertiũ conſolatoriũ conſciẽ & optimũ eſt poſt ꝯtritõem & confeſſiõem eukariſtie ſacramentũ ſumere: quod ſacramentũ habet etiã mortuos viuificare. vt ex ſancto Thoma patuit capitulo precedẽti. Et ſic patet prima pars huius tractatus.

¶ Tractatus ſcd̃s de ꝯſciã ꝓut dicit certitudinẽ.

¶ Capitulum primum quid ſit conſcientia prout dicit credulitatem fixam. & quomodo originatur per ſyllogiſmum practicum. quid ſit ſindereſis, ratio ſuperior: inferior, & eorum differentia a conſcientia.

II

HActenus dictum eſt de ↄſcīa recta & bona ꝓut ſumitᷣ pro ſpe bona quā qs habet de dei amicicia. Nūc vero reſtat loq̄ de ↄſcīa recta, et erronea magis ꝓpͤ dicta, ꝓut ſumitᷣ ꝑ actu aſſenſus vł credulitatis et ſic dicitᷣ cōſcīa eſſe aſſenſus vel crudelitas intētionis ad aliquid faciendum, vel nō faciendnm. Vnde iſto ſecūdo modo conſcīa dicitur quaſi cum alio ſcientia. quia ſcientia vniuerſalis ad actum particularem applicatᷣ. vel etiam quia per eam aliquis ſibi conſcius eſt eorum que facit vel facere intendit. propter hoc etiam īterdum dicitur ſententia vel dictamen rationis. ¶ Pro quorum intellectu notandū ꝙ iſta quattuor differunt: ſinderesis. ratio ſuperior. ratio inferior, et cōſcientia . vt docet ſanctus Tho. in. ii. di. xxxix. Nam ſinderesis eſt vis anime motiua, que ſemper eſt nata figi in ſuperiorib⁹: naturaliter mouens, et ſtimulās ad bonū, & abhorrens malū: q̄ ſinderesis aliquādo lex ratiōis, aliquādo etiā cōſcīa nominatᷣ. De qb⁹ ro. ii. dicitur. Eiuſmodi legem non habentes ipſi ſibi ſūt lex. Aliquādo aūt dicitᷣ alio noīe ſcītilla rationis, cōuenienter qdē quia ſicut ſcintilla eſt modicum quid ex igne euolans. Ita hec virtus eſt quedam modicaͦ participatio intellectualitatis reſpectu eius qđ de intellectualitate ī angelo ē. Vñ beatus Hiero. ī glo. ſup ezech. ꝑmo dicit ꝙ ꝑ aqui-

lam ſignificat̄: q̄ ut cetera anĩalia in uolãdo trãſcẽ
dit: ita hec uirtꝰ trãſcendit ratiõalem q̄ per homi-
nem figurat̄, & concupiſcibilẽ que p̄ uitulũ, atq̄
iraſcibilẽ q̄ per leonẽ. Hanc ſindereſim ideo deus
poſuit in homĩe: ut ſeruet̄ ordo & cõnexio rerꝝ.
Nã ſcḋm Dyo. vii. ca. de diuinis nominibꝰ. Diui-
na ſapientia coniũgit prĩcipia ſecundorꝝ ultimis
primorũ. Angelus autem eſt intellectualis natu-
re non rationalis cũ diſcurſu. et iſti nature homo
per ſindereſim appropinquat &coniungitur. De
qua in pſalmo. Signatũ ẽ ſup nos lumẽ vultꝰ tui
dñe: dediſti leti. ⁊c. Hec ſindereſis ſiue habitũ no
minet, ſiue actũ naturaliter ĩclinat ad bonũ ſemp̄
& remurmurat malo, ſicut ecõtrario ſenſualitas
ſemp̄ inclinat ad malum, & nunq̄ ad bonũ. Ideo
etiam ſindereſis vocatur lex nature: prout a natu
ra ineſt. Sindereſis uero dicit̄ ſecundũ ꝙ inclinat
ad operatiua: & quemadmodum intellectus prĩ
cipiorum eſt quo ad ſpeculatiua: Ita ſindereſis ad
operatiua inclinat principia. Exemplum de ſpecu
latiuis: ut omne totũ eſt maius ſua parte. quodli-
bet eſt uel non eſt. De operatiuis autem, ut nullũ
malũ eſt faciendũ. bonum eſt proſequendũ. Qḋ
tibi non uis fieri rationabiliter & ex debito: alteri
ne feceris. qḋ tibi vis fieri rationabiliter & ex debi
to: alteri fac, & ſimilia. Hec preterea ſindereſis in
nulla ratiõali creatura, uel ĩtellectuali creatura ex-
tinguit̄ totaliter ĩmo nec in dãnatis. De quo pſa.

vltimo. Vermis eorū non morietur. Q̄uis enim in dānatis ipſa ſindereſis quo ad diſplicentiā ma li culpe abſolute conſiderate, et quo ad cōplacentiā boni ſit extīcta: tamē ſcd̄m ꝙ culpa cōparatur ad penā: ſic ī eis extīcta nō eſt. qa habēt diſplicen tiam mali ī collatiōe ad penā. Et ſic patet quid ſit ſindereſis. ¶ Ratio uero ſuperior ut tradit beatus Auguſti. li. ii. de tri. ē actus rationalis potentie, q̄ ſumit ꝯſiliū ex rationibꝰ eternis & diuinis: et partim eſt ſpeculatiua; & partim practica. Speculatiua dicit hoc eſt credēdum, quia deus reuelauit. Practica uero dicit hoc eſt faciendū, quia deus p̄cepit. aut cauendū: qa eius offenſionē parit, et huiuſmodi. Propter quod beatꝰ Auguſt. vbi ſupra ca. xviii. & . iii. dicit ꝙ ratio ſuperior ſupernis con ſpiciendis intendit, & ſupernis conſulendis. Primum quo ad ſpeculatiuam. ſecundū quo ad practicam. ¶ Ratio aūt inferior eſt actus potentie rationalis, que ſumit conſiliū ex rationibus rerū tēporalium, ut hoc eſt dimittendum: quia eſt ſupfluū, uel diminutū. uel faciēdū: qa utile uel honeſtū. & ſic de aliis ꝯditōibꝰ q̄s moralꝰ philoſophꝰ p tractat. Vn̄ rō ſupior ſapiētie deputatꝰ, ſicut īferior ſcie. Et tn̄ ſupior rō et īferior nō ſūt due potētie, ſed ratōnis duo officia. ¶ Porro ꝯſcia ꝑut ſcd̄o mō ſumitꝰ eſt aſſenſus concluſiōis elicite in ſylogiſmo practico ulꝰ ſpeclatiuo, ī quo ſindereſis maiorē, ratio minorē: & ꝯſcia format cōcluſionem.

¶ Pro cuius latiori itellectu notādū ē q̄ ratio in eligēdis & fugiendis, q̄buſdā ſyllogiſmis vtit̄. In ſyllogiſmo aūt eſt triplex cōſideratio ſcd̄m tres ꝓpoſitōes: ex quarꝫ duabus tertia ꝯcluditur. Ita cōtigit i ꝓpoſito. Nā ratio i opandis ex naturalibus pncipiis ex lege nature ſeu ſindereſi, aſſumit circa ꝑticularia iudiciū: puta nullū malū culpe eſt faciendū, & ſimilia. tunc lex nature ſeu ſindereſis ī ſyllogiſmo conſcīe maiorē miniſtrat: ſed minorē addit ratio naturalis inferior vel ſupior. ſ. hoc eſt malū culpe. ſed cōſideratio ꝯcluſiōis elicite eſt cōſideratio conſcie: Vnde conſcīa indifferenter de pſenti pterito vel futuro facto remurmurat. Ex quibus patet quid ſit cōſcīa ī propoſito. Et de tali conſcientia plurimi loquuntur moderni doctores preſertim circa. ii. di. xxxviii: & alibi ſpeculatiue de eadem determinantes materia.

Vide q̄t formā ſillo. ꝯ rationē ꝯcie ptes

¶ Capitulum ſecundum quid ſit recta conſcientia & erronea. & quomodo oritur eius error.

EST aūt hec ꝯſcīa duplex. ſ. recta & erronea. Recta eſt aſſenſus cōcluſiōis debite illate ex premiſſis veris in ſyllogiſmo preſertim practico: vbi maior ꝓcedit ex ſindereſi: ul' ex ratione uel fide cognitis. & ī mīore p ratiōem ſupiorē uel īferiorem uere et debite ſubſumit̄. ut omne dei pceptū ē faciēdū: hoc ē huiuſmodi, uidelicet diligere deū ſup oīa. ergo de⁹ ē ſup omia

diligendus. ¶Conſcientia autem erronea vt dicit
beatus Auguſtnus. & habetur di.xxxviii. vbi ſu
pra. tunc in aliquem cadit. qñ ĩ agendo intellect⁹
aliqd ꝓ vero approbat qđ falſum eſt. aut ecõtra-
rio pro falſo approbat qđ verum ē. Et fit qñ ĩ ſyl
logiſmo ꝯſcie ĩ minore falſe vel male ſubſumit̃.
qa tunc erronee, et falſe ꝯcluditur. Cauſa aũt q̃re
ꝯſcia errare poteſt ē iſta. qa ꝯſcia format̃ ex aſſũ-
ptõe alicui⁹ ꝑticlaris ꝓpoſitõis ſub vniuerſalibus
regulis oꝑandorum. ꝓpoſitio autē q̃ aſſumit̃ ſeu
ſubſumit̃ nõ ē ꝑ ſe nota, vt ſũt vniuerſalia princi
pia agendorũ: ſed ĩnoteſcit ꝑ fidē vel ĩquiſitõem
ratõis. Et ideo circa eã et circa ꝯſciam ex ei⁹ aſſũ-
ptõe formatã ꝯtigit error. vel qa fidei nõ aſſentit̃
nõ eni omniũ eſt fides. ſecunda theſſa. iii. Vel qa
ratio cõferēs & inquirens decipit̃, quãdoq; quidē
ex incõſideratõe eorum q̃ inqrenda ſunt & conſi
randa. quãdoq; vero ex paſſiõe abducēte iudiciũ
ratõis. qñq; etiã ex habitu malo uel erroneo. Exē
pli gratia. lex tradit vniuerſale principiũ circa qđ
nõ ꝯtingit errare. ſ. ꝙ illicitũ nõ eſt faciendũ. He-
reticus aũt aſſumit ꝙ iuramentum ē illicitum ex
eo qđ ſcriptum eſt Math. v. Ego autē dico vo-
bis nõ iurare omnino. Ex quo ſequit̃ ꝯſcia erro-
nea. ſ. ꝙ nullo mõ eſt iurãdum, decipitur aũt cõ-
ſcientia. quia non confert illud dictum ſcripture
ad alia in quibus cõceditur iuramentum tanquã
licitum. Patet ergo ꝙ conſcientia errare poteſt.

Et per idem patet ꝙ ſindereſis errare nõ poteſt. Reſpicit enĩ ſindereſis vniuerſalia prĩcipia agendoꝝ: circa que nõ contigit mẽte errare, ſicut nec circa prima principia ĩ ſpeculabilib⁹. Et ſicut pͥma prĩcipia in ſpeculabilibus nõ poſſunt eſſe falſa, eo ꝙ ĩmediate illuſtrant̃ lumĩe ĩtellect⁹ agẽtis: ſic & prima principia in operabilib⁹ circa que eſt ſindereſis erronea eſſe nõ poſſunt. qa etiã ĩmediate ſequunt̃ lumẽ intellectus agẽtis. de quo pſal. Multi dicũt quis oſtendit nobis bona? Et reſpondet̃. Signatum eſt ſup nos lu. uul. tu. do. de. le. ĩ cor. meo. ¶ Notandũ tamẽ ꝙ proprie loquendo non omnis error circa iudiciũ agendoꝝ eſt error conſciẽtie. Errant enĩ omnes qui operãtur malũ: ſed in ſolis ex habitu peccãtib⁹ eſt error ꝯſcĩe. In peccantibus uero ex paſſione eſt ratio aliqualiter recta. Vnde ignorãtia electionis q̃ eſt in eis de quo poſtea patebit non eſt error conſcientie. quia cõſciẽtia ſolum dicit illud iudicium quo intellectus iudicat aliquid eſſe bonũ uel malũ q̃tum ad deũ & bonos mores. Vnde incontinens quando ſcit fornicationem eſſe malã, & nichilomin⁹ paſſiõe ductus eligit eã tanq̃ bonã: cõſcientia ſua non errat: ĩmo ſcienter facit contra cõſcientiã rectam. ¶ Ex quibus iterũ patet ꝙ triplex poteſt eſſe error circa ſyllogiſmum practicum. Vn⁹ eſt error electionis ĩ eo qui peccat ex paſſione obumbrante iudiciũ rationis, Alius eſt error credulitatis ſeu

ſententie/quando quis aſſertiue inheret cõcluſio-
ni/que ſcientia proprie dicitur conſcientia. Alius
eſt error dubietatis ſeu dubitationis quando neu-
trã ptẽ tenet cũ certitudĩe: ſed de utraq; dubitat.
de q̃ dicet' infra late parte. iii. ca. i. et ſequentibus.

¶ Capitulũ tertium cur cõſcientia ligat ſicut lex.

NVnc uidendum eſt quomodo cõſcien-
tia ſe habentem ligat. Nã ſecundũ om-
oniũ catholicorũ doctorũ ſententiã ca-
piendo conſcientiam proprie pro credulitate ſcꝫ
firma qua qs ſe credit ſub peccato ad aliquid te-
neri conſcientia ſic ligat/ꝙ ea non depoſita et ſtã
te/homo peccat: ſi contra eam faciat: ſiue conſci-
entia ſit recta ſiue erronea. ut patet auctoritati-
bus & ratione. Vnde apoſtolus ad Ro. ix. dicit.
Omne quod non eſt ex fide: peccatũ eſt. Orige.
vbi uult apl'us. ut nihil dicã/nihil cogitem. nihil a
gam niſi ſecundum conſcientiam. Et glo. ſuper
predicto textu dicit. Omne etiam ſi bonum ſit in
ſe quod non eſt ex fide/id eſt quod fit cõtra fidẽ:
id eſt contra conſcientiam/ut credamus malum
eſſe: peccatũ eſt. Et iterũ glo. ibidem. Omne qđ
fit contra cõſcientiã edificat ad gehennã. Inſuper
ſup illo eccle. vii. Scit tua ꝯſcia qa tu crebro male
dixiſti aliis. glo. d. Qua iudice nemo nocẽs abſol
uit'. Patꝫ etiã rõne. nã ꝯſcia aut ẽ recta/et tũc ligat

aliqua lege naturali diuina aut poſitiua. aut ꝯſcīa
eſt erronea: & tūc ligat etiā vel virtute p̄cepti, uel
iuſſu dei. licet p accidens, quia ꝯſcīa non dictat a-
liquid faciēdum ea ratione ꝙ ſibi videat᷑: ſed hac
ratione quia ſibi a deo iuſſum eſt, vel preceptum
Et ita ratio ꝓ tunc dictat ſe teneri ad aliqd. Et qa
hoc dictamine ſtante voluntas non cōformat ſe
rationi: ideo actus volūtatis īordinatus ē. Vnde
quando ꝯſcientia hominis errat dictando eſſe lici
tum, & eſſe faciendum ſub debito, quod eſt de ſe
peccatū, & qđ ſcire tenet᷑: & qđ ſcire poteſt, pec-
cat faciendo ſecundum dictamen ꝯſcientie. quia
ex ignorantia īputabili peccat ꝑpetrando actū illi
citum. Et etiam tunc peccat non faciendo ſtante
erronea cōſcientia: quia facit contra ꝯſcīam. ideo
conſcientia dicitur habentem ligare. ligari enī di-
citur moraliter qui ſic diſpoſitus eſt circa aliquod
agibile ꝙ in neutram ptē poteſt licite declinare:
ad modum illius qui ligat᷑ corporaliter: qui nūq̄
poteſt ꝓcedere interim ꝙ ligatus eſt. Nec tamen
aliquis ſic conſcīa ligatus, ē ſimpliciter perplexus
quia poteſt & debet conſcientiam erroneam de-
ponere: licet ſit perplexus ſecundum quid, id eſt
interim ꝙ retinet illam conſcientiam erroneam
quam poſtq̄ depoſuit, non peccat. Exemplum
de eo cui dictat conſciētia ꝙ nūq̄ ſit iurandum:
aduenīēte precepto ſuperiorum, in quo de dicen
da veritate iurare debet. ſi iurat peccat: quia facit

contra cōſcientiā. ſi non iurat peccat contra obe-
dientiam. Circa premiſſa occurrūt plura dubia.
¶ Primū dubium eſt de modo ligamēti conſcie.
& vtrum erronea conſcia liget ad errorem depo-
nendū? Reſpōdet ꝙ ꝯſcia erronea duo includit:
errorem. ſ. & ꝯſciam. Ratione p̄mi ligat ad depo-
nendū eā viclo diuini p̄cepti ad ephe. iiii. exp̄ſſi.
vbi ſic dic apl's. Deponētes vos ſcdꝫ p̄ſtinā ꝯuer-
ſatōem veterē hominē, qui corrūpit ſcd̄m deſi-
deria erroris. Ratiōe vero ſecūdi ligat viculo cō-
ſcie ad faciendū qd̄ debet, nec tñ eſt ſimpliciter p̄
plexus. quia poteſt & debet deponere illā. Et ille
ſimpliciter non ligat. et per prius & magis ad de-
ponendum q̄ ad faciendum tenetur. Et ſi de illa
per ſe neſciat iudicare, debet peritiores conſulere
uel vbi deeſt humanū conſilium, debet ſe per ora-
tionem ad deum conuertere. ¶ Dubitatur ſecun-
do. vtrum ꝯſcientia erronea aliquando excuſet?
Reſpondetur ꝙ lex iniqua ſuū conditorem non
excuſat: ſed potius ꝯdemnat ſcd̄m illud yſa. x.
Ve qui conditis leges īiquas. Conſcia autem er-
ronea eſt lex iniqua, ab eo tamē cōdita qui eā ſibi
formauit. & ideo ſimpliciter nō excuſat, ſed ma-
gis peccatū facit: & aggrauat. ¶ Ad cuius euiden-
tiam notādum ꝙ tripliciter errat conſcia. Primo
indifferentia iudicans eſſe precepta vel prohibi-
ta. Secundo econtrario precepta vel prohibita iu-
dicans indifferentia. Tertio iudicās precepta eſſe

ꝓhibitiones uel econtrario. In primo caſu nō ex
cuſat, ſed illaqueat et condemnat. In.ii.et.iii. ca
ſu nota ꝙ coſcientia erronea duo includit ſcilicet
conſcientiā putatiuam et errorē. ex primo excu
ſatur peccatum pro tanto quia minus contēnit.
Exempli gratia quādo fornicari non credit eſſe
peccatū, et ideo fornicatur. ſed ꝓ tanto aggrauat
quia libidinoſus et ſecurius peccat. Vnde hiere.
iiii. Sapientes ſunt ut faciant mala: bene autem
facere neſcierunt. De.ii. autem diſtīguitur. Cum
enī omnis errās ſit ignorās ut. di.be. Auguſt. in
enchiridiō. ca. xvii. Ideo quot modis cōtingit ali-
quem ignorare: tot modis contintgit etiā errare
de quibꝰ dicetur diſtīctiꝰ ſequēti. ca. ¶ Dubtať. iii.
vtrum erronea conſcientia plus liget q̄ preceptū
prelati in īdifferentibus que precipere poteſt. Sūt
autem indifferētia ut leuare feſtucam, et ſimilia.
Reſpōdeť. Obediens prelato contra cōſciām aut
captiuat ꝯſciētie iudiciū affectu vel effectu ut ſub-
dens precepto prelati: aut facit cōtra conſciām et
affectū volūtatis obediens prelato timore animi
vel amore inordinato. In primo caſu faciēs cōtra
conſciam non peccat: ſed meretur licet nō poſſit
deponere cōſcientiā ſicut nō pōt rn̄dere ratiōbus
contra fidē: voluntatem tamē captiuans illi obe-
diendo meretur. ſecundo. co. x. In captiuitatē re-
digentes omnē intellctū in obſequium chriſti. In
ſecundo caſu peccat. ſed minus q̄ ſi faceret cōtra

prelati preceptū.primo agens contra prelati preceptum magis centemneret deum: quia contemnens prelatum. Non autem contemnens conſcientiam erroneam contemnit deum. Vnde Bernar in de precepto & diſpen. Si tanto opere cauenda ſunt ſcandala paruulorū: quanto amplius prelatorum, quos ſibi deus coequare quodam modo in utroq; dignatur. dum ſibimet imputat & illorum reuerentiam & contemptū, cōteſtans eis, qui uos audit me audit. et qui uos ſpernit me ſpernit. Secūdo quia talis plures imo totum collegiū magis offendit & ſcanaliſat: q̄ ſi contra cōſcientiam faciat. Tertio quia ſe magis ad malum diſponit ſcilicet ad inobedientiam & rebellionē. atq; ad ſequendum propriū ſenſum, et ad puertendum veritatis iudicium. de quo Yſa. quinto dicitur. Ve qui ſapientes eſtis in oculis veſtris.

¶ Capitulum quartum q̄ conſcientia non ī omni caſu ligat. quando autem liget, aut non oſtenditur ex modis ignorandi diuerſis.

Q Veritur etiā hic an conſcia erronea ſemper ſic liget, q̄ ī nullā ptem poſſit homo licite declinare? Reſpondet̄ ſcdm ſanctū Tho.i.ii.q.xix.articulo.vi.q̄ nō.huius ratio eſt. qa error conſcīe aliquādo nō ē īputabilis conſcientiato, ſicut et ignorantia aliq̄ puta īuīncibilis:

vel ignorantia facti probabilis que excuſat totaliter a peccato: ſic & error. Nam error ex ignorantia ſolet procedere. ¶ Ad ſciendū autē quādo error conſcie liget & quādo nō: & quādo excuſet a peccato. Oportet preſcire quādo ignorantia ex excuſet a peccato, & quādo non. Cuius ratio eſt. quia ignorātia facit īuolūtariū ī toto, vel ī pte. & p cōſequens excuſat in toto uel in parte. cū nihil ſit peccatū niſi quia voluntariū ſcdm beatū Auguſtinū. & par ratio eſt de errore. ¶ Cōſiderandū igit̄ q̄ q̄tum ī ꝓpoſito ſufficit. Quītuplex ē ignorantia. ſ. circunſtās vel cōcomitans. Inuīcibilis, iuris ſeu uniuerſalis. facti, ſeu pticl'aris, & electiōis. ¶ Ignorantia cōcomitans actum ſeu circunſtās eſt quando ignorātia eſt de eo quod agit̄. & tamen ſi ſciretur nihilominus ageretur. & tunc nō excuſat peccatū, nec aggrauat: nec diminuit. qa non inducit ad volendū. Exemplū de eo qui vellet occidere hoſtē, ſed ignorans occidit eū putans occidere ſeruū. ſignū huius ignorantie eſt cū qs non penitet qui actū peccati fecit. Ignorātia īuincibilis eſt que non eſt in poteſtate alicuius. Vel fit ex ignorantia ſeu neſcientia alicuius circunſtantie abſq; omni negligentia īputabili p̄cedente. vel ut alii dicunt. et in idem redit. Eſt eoꝝ que nec tenemur: nec poſſumus ſcire. Vnde ignōrātia que eſt īuincibilis ſecūdū ſe & ſuā cauſam excuſat ex toto. quia cauſat omnino inuolūtarium

Dicitur autē notanter & ſecundū ſe: & ſecundū ſuam cauſam propter ebrium ex ebrietate peccā tem: cuius ignorantia eſt inuincibilis ſecundum ſe. quia tunc non poteſt iudicare qd agendū vel non agendū. Non tamē eſt inuīcibilis ſcđm ſuā cauſam. quia potuit ſe nō īebriare: et ſic nō igno rare: vnde non eſt omnino excuſatus. Hec igno ranta inuincibilis ſcđm alb̄. ī ſūma eſt ml̄tiplex. quia q̄dam ex natura ē inuīcibilis ſicut ī morien- tib9, et in melācolicis et hec ex toto excuſat. Alia eſt inuincibilis ex accidēte, ut ī ebrio: vel q cōme derūt iuſqamū uel cicutā q̄ ad inſaniā ducūt. vel ex infirmitate aliq̄. In qbus ſi quis dedit cauſam faciēdo rē illicitā non excuſat̄ ex toto. Si vero rei licite dedit opā excuſat̄ in toto. qa tūc nō ē culpa ſed pena. De hac ignorātia dicit ꝯcordādo cū p̄- miſſis vlri. ſup. ii. di. xxii. & ꝯcordit̄ ī ſūma ſua li. vi. Ignorantia inqt iuris vniuerſalis ē vt ſi aliquis neſciret furtū eſſe peccatū, vl̄ aliquod huiuſmōi. Hec ergo ſi eſt omnino inuīcibilis & īuoluntaria quia ſcire quis nō poteſt. ut patet ī pueris & ſtul- tis a natiuitate: tūc excuſat ex toto Similiter ſi qs de aliquo agendo dubio magis peritos ꝯſulit de quo nullā habet auctoritatē expreſſam utrū ita ſit vel non, dummodo formet ſibi bonam conſci entiam poſtq̄ magis peritos conſuluerit, etiam ſi res aliter ſe habet q̄ ipē ſentit. excuſatur enī quia fecit quod potuit. deus autem nihil īpoſſibile re-

quirit ab homine. Si autē homo inciderit in hāc ignorātiam inuīcibilem: hoc erit aut per opus licitum vt ſi per vigilias et abſtinētias et huiuſmodi aliquis inſanus factus eſt: et tūc excuſat ex toto etiam ſi exceſſus furoris peccatū veniale fuerit Aut incidit culpa ſua mortali et tūc dicunt quidā ꝙ peccatum ſequens excuſatur ex toto, ſi nullū habet vſum rationis et hoc eſt probabilius et verius. Hec. Vlricus. cōſentit cum hoc Ray. in ſum. & Auguſtinꝰ ac Ambroſiꝰ. xv. v. q. i. aliquos. et ca. Illa cauenda. Vnde Pe. de pal. ſuper. iii. di. xxii. concordās cum predictis dicit cū Durando. Ignorantia q̄ ē cauſa actus: aut eſt eorū que nec tenemur nec poſſumus ſcire que dicit̄ inuincibilis: aut eorum que tenemur et poſſumus ſcire q̄ dicitur vincibilis. ¶ Prima excuſat ſi ſit īuincibilis ſecundū ſe et ſecundū cauſā, quod additur ꝓpter ebriū, vt ſupra dictū ē qui non ī toto excuſatur.

¶ Ignorantia autē vincibilis aut ē in vniuerſali et dicitur ignorātia iuris: aut in particulari, et dicitur ignorantia facti. Prima aut eſt directe affectata, vt homo liberius peccet. et hec nō excuſat ſed aggrauat. Aut non ē directe affectata, ſed ꝓuenit ex quadam negligentia et hec licet non excuſet ex toto ſequēs peccatū: tamen ipſum alleuiat. Ignorātia autem particularis ſeu facti excuſat vel nō excuſat, vt infra dicet̄. Dicit ergo Pe. de pa. ſuper verba Durandi ſic. Declaratio quā

facit de ignorantia cauſali uincibili bona uidetur.
Eſt tamen addendum ad id ꝙ dixerunt ignoran
tiam uincibilem eius, ad quod homo ſcire tene-
tur & poteſt. quia ſi non poſſet uel non teneatur
excuſatur, ut miles. mulier, minor: & ſic de aliis.
non tenētur ſcire iura hominum poſitiua, nec pa
ri ratione qui uacant theologie ſacre ex ordinati-
one confirmata per papam. etiam decretiſte de-
cretales & huiuſmodi. ſed quicūq; eſt doli capax
tenetur ſcire ius naturale et diuinum quo ad cō-
munia. Hec Pe. Eſt igit̄ ignorātia iuris coꝝ que
quis ſcire tenetur, ut ꝙ fornicatio eſt peccatum
mortale ſi quis neſciret & ſimilia. Dicitur ergo ſe
cundum Pe. ignorantia uniuerſalis. ſecūdum iu-
riſtas uero ignorantia iuris: et in idem redit. quia
ius hic uocantur regule uniuerſales regentes ui-
tam humanam. Et hec ignorantia iuris uariatur
in diuerſis: dum unus ſcire tenetur, ad quod ali-
us ſcire non obligatur. de qua dicetur largius par
te tertia. capitulo. xxiii. & . xxiiii. Hec ignorantia
iuris aut ē directe affectata, ut homo liberius pec-
cet. Et hec non excuſat, ſed aggrauat. Aut non
eſt directe affectata, ſed prouenit ex quadam ne-
gligentia. et hec licet non excuſet ex toto: tamen
excuſat a tanto, et alleuiat peccatum. Exemplum
primi de eo cui dictat conſcientia: ꝙ debet acce-
dere ad non ſuam. quia noluit intelligere ut bene

ageret ne haberet conſcientiam retrahentem .et propterea ĩiquitatem meditatus eſt in cubili ſuo ſcilicet ꝯſciẽtie. & aſtitit vie non bone. Tales ſũt de quibus Iob.xxi.dicit᷑.Recede a nobis:ſcientiã viaꝝ tuarũ nolumus,& talis peccat grauiꝰ.Exẽplũ.ii.de eo qui neglexit ſolũ diſcere dei p̄cepta qñ diſcere potuit,qui ad alienã non accederet: ſi id ſciret contra dei preceptũ eſſe.talis peccat: ſed minus q̄ prior.Ignorantia facti,vt loquũt᷑ iuriſte uel pticularis ut loquit᷑ philoſophꝰ: & etiã ĩ idem redit.quia factũ aliquod vocatur pticulare determinatũ p circũſtantiã:quã contingit etiã ſapientẽ aliquãdo ignorare.et eſt pticulariũ circunſtantiaꝝ in actu.& in tali aut adhibet᷑ debita diligentia: & dat᷑ opera rei licite,et hec mõ excuſat ſicut fuit de Iacob cognoſcẽdo lyam quã credidit eſſe ſuã.ſ.rachelem.Aut non eſt adhibita debita diligentia,ul' datur opa rei illicite: &hec nõ omnino excuſat.poteſt tñ plus uel minꝰ alleuiare ſi nõ fuerit directe affectata.Vnde ſi quis operã rei licite dediſſet moderate:ignorãtia ſequẽs culpã nõ haberet.et ſic poſſet peccatum conſequens ex toto excuſare,vt patet in his qui per exercitium ſpiritualium operum in amentiam vertunt᷑. vt ſanctus Thomas dicit.Ignorantia vero electõis mala eſt que prouenit vel ex paſſione, vel ex habitu ex qbus aliqs actu nõ cõſiderat :quod tñ ꝯſiderare poteſt,& debet. & hec ignorãtia quodãmodo

affectum peccati cōſequitur, ut quādo ex cōcupiſcētia peccati quā volūtas nō repmit abſorbetᵣ iudiciū ratōis in pticulari opabili. ſcđm ꝙ diciᵣ. vi. Ethi. ꝙ delectatio corrūpit exiſtimatōem prudētie: ſcđm quā ignorātiā omnis malus diciᵣ ignorans. hec ignorātia non excuſat peccatū nec minuit. qa nō ē cā peccati, ſed cōſeqᵣ omne peccatū. De ignorantia etiā habes plura pte. iii. ca. xv. ꝯcluſiōe. ii. ¶ Ex ptactis omnibus iā liquet ꝙ tres ſolū ignorātie: videlʒ, īuincibilis, iuris & facti peccatū excuſant, augent uel diminuūt. omniūqꝫ pdictoꝝ vna ratio talis eſt. Sicut ſe habet ignorantia ad cauſandū vel nō cauſandū, minuendū vel augendū voluntariū: ſic ſe habet ad excuſandū. Nam eo ipſo aliquid īputaᵣ ad meritum vel culpā. quia eſt voluntariū. & q̄tum eſt voluntariū: tantū eſt īputādū. Sed ignorātia ſe habet ad cauſandum uoluntariū uel īuoluntariū: & augendū ipſum ſeu minuendū mō quo dictum eſt. ut patuit p mēbra ſingula: ergo zc̄. Sed diceret qs forte. In multis ignorantiis inſcius iam laboro. quid igitur faciā vt eas euadā: uel ut deus mihi nō īputet ad peccatum. nā delicta quis ītelligit? Ideo cū pſal. clamare habeo. ab occultis meis munda me domine. & ab alienis parce ſeruo tuo. Reſpōdet petrus de tharᵣ. ꝙ per veram contritionem deleᵣ ignorātia inq̄tum eſt peccatum quo ad reatum: manet tamen ignorantia actu cuius ratio eſt. qa

quando deſinit eſſe voluntarium, deſinit eſſe peccatum: nō tamen deſinit eſſe ſimpliciter De hoc tamen aliquid lucidius infra uidebitur.

¶ Capitulum quītum applicat diuerſos modos ignorandi ad queſtionem precedentem.

PEr pmiſſa reſpondetꝛ directe ad qſitū pricipale, vbi queritꝛ vtrū conſciētia erronea ſemp ſic liget ſe habentē: ꝙ ī nullā ptem poſſit homo licite declinare? Reſpondetꝛ diſtīguēdo, de errore conſcie ſicut & de ignorantia. quia aut eſt error imputabilis, cuius ipſe errās ē cauſa vel occaſio: aut non eſt īputabilis ſicut ē error ignorātie uel circūſtātie pticularis q̄lis fuit in Iacob reſpectu Lye. & ita de ſimilibꝰ erroribus nō īputabilibus. In talibus itaqꝫ cōſcientia talis non ligat modo in titulo qſtionis pretacto. Nā per talē cōſcientiam homo nō eſt ligatus ſimpliciter, ſed ſolum ſecundū quid. poteſt enim ſecundū unā partem licite ꝓcedere. Si aūt error ſit īputabilis: tunc per talem conſciam homo ligatus eſt ſimpliciter ſtante tali conſcientia . quia nec ſecundum ipſam poteſt homo licite facere, nec contra ipſam. Cuius ratio eſt. quia una ſola conditio mala reddit actū ſimpliciter illicitū. ſed in omni actu qui ē ſecundū talē cōſcientiam uel cōtra ipſam eſt aliq̄ cōditio mala. Patet hoc de primo actu q eſt ſcd̄m

eam. Actus enī qui eſt ſecundū ꝯſcientiam erroneam uel eſt malus ſecundū ſe: vt cū aliquis credit eſſe furandū, ut detur pauperibus. uel eſt malus. quia prohibitus, uel ratione precepti ſuperuenientis: ut cū precipit᷑ alicui iurare, qui tamen nō iurat eo ꝙ credit iuramentū illicitum eſſe. Et ita in omni actu qui ſecundum cōſcientiam erroneam ē: aliqua eſt conditio mala, uel de ſe: vel ex ꝓhibitione. Hoc autē non eſt intelligendū de conſcientia errante circa indifferentia uel ea que ſunt ſupererrogatiōis, ut cū aliquis ſe credit teneri ad leuandum feſtucam quo ad primum. Vel ad uiuendū caſte quo ad ſecundū: cū tamē ad neutrū teneatur. In talibus enī actus qui eſt ſecundū cōſcientiam erroneam non eſt malus ſecundum ſe nec etiam prohibitus: ideo ſequens conſcientiam talē erroneā nō peccat. Generaliter aūt faciēs contra conſcientiā peccat quādo conſcīa dictat aliqđ tanq̄ debitū, ut probatū eſt ſupra. iii. ca. Sed quādo dictat ſibi ſolū ut licitū. ut ꝙ fornicatio ſit licita: tunc faciens cōtra eā nō peccat. Sed cū dictat aliquid ut debitū tūc peccat. nam cōſcientia erronea in materia īputabili determinata ꝑ prohibitionē uel ꝓ̄ceptū, ligat ſemp. qđ tamen ītelligendū ē quādo dictat ꝓ̄cipiendo uel ꝓhibēdo: nō aūt cōſulendo aut ꝑmittendo, ut ſi ꝑ hereſim de errore caritatis, & libertate ſpirit⁹ dictet ꝯſcīa nō eſſe negandū illi qui per caritatē petit vſum corporis:

tunc ſic ligat ꝯſciā ꝙ qcquid faciat peccat. Vnde etiā leuās feſtucā credens contra p̄ceptū dei agere peccat grauiter ꝯtēpnendo. Vult enī agere cōtra preceptū diuinum ſub quo conſcīa cōprehendit aliquid ut incluſum. Et licet illud vere non ſit īcluſum ſub p̄cepto, tamen iſte vere quo ad mētem eſt cōtemptor precepti, qui credit oppoſitū eius quod vult facere eſſe preceptum. īmo dicit ſanctus Tho. di. xxxix. in ſecundo ſcripto. Si ratio dictat aliquid directe cadere ſub precepto: tūc peccat mortaliter omittendo illud quod conſciētia dictat: etiam ſi ſit veniale de ſe vel indifferens.

¶ Capitulum ſextum mouet plura dubia de ligamentis conſcientie, & ſoluit.

CIrca prefatā materiā erronee ꝯſcie ſūt adhuc tria dubia ſoluēda. ¶ Primū qs plus peccet: Ille qui facit contra ꝯſcīam erroneā, an ille qui ſequitur ipſam? Reſpōdet durandus. di. xxxix. vbi ſupra. Dicendū inqt ꝙ hoc nō poteſt vno ſermōe determiari: Sed ꝯſiderādū q̄liter ē illicitū illud qd̄ ꝯſcīa erronea dictat eſſe faciendū. qa qn̄qꝫ ē illicitū ut peccatū veniale. ſicut qn̄ ꝯſcīa dictat eſſe mentiendū ꝓpter vitā īnocētis ſaluandā. qn̄qꝫ vero ut mortale: ſicut qn̄ qs credit eſſe furādū malis diuitibꝰ, ut det bonis paupibus. Ex pte etiā ꝯſcie ꝯſiderandū eſt qd ip̄a dictat

faciendū: qa quādoqꝫ dictat aliqd faciendū tanꝗ ex precepto. puta ꝙ non mentiens propter vitā alterius ſaluandā reus eſt homicidii. quādoqꝫ vero dictat aliquid eſſe faciendū: vt opus miſericordie ſolū. puta ꝙ furtū cōmittēs bene faciat, ut det pauperibus: & ſic ſit miſericors. In pᷓmo caſu ſequēs conſciām erroneā peccat ſolum uenialiter. ſed faciens cōtra ipſam peccat mortaliter. In ſecūdo aūt econtrario. Si autem ſit aliquid ex precepto faciendum, vel obmittendū: et ꝯſcīa dictet oppoſitum tanꝗ cadens ſub precepto: tunc comparādum eſt preceptū precepto, & ſecundū hoc videndum. Verbi gratia. Si mulier errante conſcientia credat ꝙ licitum ſit mechari: vt ſaluet ſui viri vitā, alioqn rea eſt homicidii: plus peccat exponendo ſe uel uirū morti: ꝗ mechando. qa maius eſt: non occides. Simili modo eſt in omnibus aliis iudicandū. Cum enim utrobiqꝫ eſt preceptū tunc cōparanda ſunt illa ad inuicem, ut ſcdm̄ illa iudicetur de preponderando. Si enim mulier credat ſe teneri ex ꝑcepto. Nō occides: ad mechādū ꝓ uita uiri: aliť putans ſe fore reā homicidii, plus peccat nō mechando ꝗ mechādo. Ecōtra ſi putat ſe occidendā ne violeť plus peccat ſeipām occidēdo ſecundum conſcientiam ꝗ mechando contra eam. ¶ Dubitatur ſecūdo an dictamen ꝯſcīe plus obliget ꝗ preceptū ꝑlati? Reſpondet Tho. in. ii. ꝙ ſic. quia conſcientia non obligat virtute propria.

a

ſed uirtute precepti diuini. Conſcientia enim nō dictat aliquid faciendum hac ratione, quia ſibi uideatur: ſed hac ratione. quia a deo preceptum ē. vnde per accidens ex virtute diuini precepti obligat ĩquantū dictat hoc ut preceptū a deo. Et ideo dictamen conſcientie plus obligat q̄ preceptum prelati. ſicut & preceptum diuinum: in cuius uirtute ligat ſicut patet in exemplo. Si p̄ceptum regis nō perueniret ad populum, niſi mediante aliquo prīcipe, ſi princeps diceret. hoc eſt preceptū a rege q̄uis non eſſet uerū: dictū ſuū obligaret, ut preceptum regis: ita ꝙ contēptores penā incurrerent. Dubitatur tertio quot modis poſſet quis perplexus eſſe in conſcientia? Reſpondetur in genere hoc ſcit. ſed ī ſpecie quaſi infinitis mōis fit. Vnde ſecundum Antiſiodoreñ. in ſumma ſua triplex eſt perplexitas, ſcilicet pplexitas intelligentie ſacre ſcripture. Perplexitas intellectiua faciendorum. & eſt perplexitas ineuitabilitatis peccandi. Prima & ſecūda reperiuntur in ſanctis, ad qđ ſignificandū apud Yſa. ponitur. quīto loco onus egypti. Poſtq̄ enim homo excutit a ſe onus babilonis, id eſt amorem huius mundi: a quo primū exonerare ſe habet: Secundo loco ſe excutit ab onere philiſtiim, id eſt demonum temptatōibus. Et poſt hoc excutit ſe tertio loco ab onere Moab id eſt ab onere ſecularis ſciētie, ut dicere poſſit cū

apoſtolo. Non ꝙ ſufficientes ſimus aliquid cogi-
tare a nobis quaſi ex nobis .. ſed omnis ſufficiētia
noſtra a deo eſt. Et poſt hec onus carnalis dilecti-
onis ſiue prudentiam carnis que dicitur onus da
maſci a ſe excutit. Item ultimo reſtat onus egyp-
ti: quod quilibet ſanctus habere poteſt. Hee ſūt
ſunt tenebre ignorantie quibus premūtur ſancti
ſed non opprimuntur. Et ita patet ꝙ ſancti habēt
perplexitatem primam et ſecundam. Prima autē
perplexitas ſoluitur per diſtinctionem multiplici-
tatis ſiue amphiboloyce & equiuocationis, uel ꝑ
diſtinctionem temporum : uel quod ſimpliciter
dicitur, ſecundum quid intelligi debeat. ¶ Secūda
perplexitas ſoluitur vno modo ſcilicet per ſpiritū
ſanctum. Vnde. i. Iohan. ii. Vos unctionem ha-
betis a ſancto. glo. ſpiritu. & noſcitis omnia, ſcilꝫ
ad ſalutē neceſſaria. Et iterū ibidem. Hoc ſcribo
vobis de his qui ſeducunt uos, et uos unctionem
quam accepiſtis a deo maneat in uobis. & nō ne
ceſſe habetis ut aliquis doceat uos, ſed ſicut vnctō
eius docet uos de omnibus. & uerum eſt, & non
eſt mendacium. ubi ſecundum glo. vnctio eſt ca
ritas, ſanctus qui hanc dat, eſt ſpirituſſanctus. Et
fiet ſic. ut docēte uos iteri⁹ ſpūſancto, nō indige-
atis extrinſecus hominū inſtitutis doceri. Et iterꝫ
ibidē dicit glo Nemo docēti homini tribuat qđ ex
ore docentis ītelligit. qa niſi intus ſit qui doceat:

a

lingua doctoris exterius in vanū laborat. Nec tamē doctor taceat: ſed quod poteſt agat. Idem ex intentione tradit Grego. in omel. et Auguſtinus libro de magiſtro docet ꝙ quia nihil ītelligit, niſi etiam intellectus agentis lumīe illuſtretur: qui intellecus īmediate a deo illuminatur. Iccirco vnus eſt magiſter noſter chriſtus eterna ſapiētia. Et notandum ꝙ in poteſtate noſtra eſt habere vnctionem prefatam. Vnde Nyco. de ly. ſuper prefato textu. ſ. maneat in vobis. Dicit in poteſtate hominis eſt gratiam baptiſmi obſeruare. De qua ꝑmiſit. vnctōem habetis a ſancto. ſ. ſpiritu. et noſcitis omnia, ſcilicet ad ſalutem neceſſaria. Si enim natura nō deficit in neceſſariis: multo minus auctor nature. Vnde ſi hereticus veniat ad corrumpendum fidem in ſimplici fideli qui ſe ꝯuertit ad deum orandum: pro vnctione ei nō deficiet quī eum dirigat per ſe, vel per alium: ſecundum ea q̄ pertinent ad ſalutem ſecundum ſuum ſtatum. Illud autem habere dicimur quod eſt ī noſtra poteſtate habendi. quod autem dicit nō neceſſe habetis, ut aliquis doceat vos. ſ. homo. non ē intelligendum ꝙ ſimplices fideles contēpnere debeāt doctrinam ſuperiorum. uel etiam eam negligere, cum eam poſſint habere. Sed quid fieret ſi humana doctrina deficeret: tunc enim deus ſuppleret. Vnde frequenter reperiunt aliqui ſimplices nutriti in campis clarius uidentes in his que ſunt

ad ſalutem neceſſaria q̄ illi qui quaſi quotidie audiūt ſermones in ciuitatibus magnis. Concludit autem. & verū eſt, & non eſt mendaciū. quia ab eo qui eſt regula veritatis nō poteſt ꝓcedere niſi verum. Hec Nycol. ¶ Tertia perplexitas ſoluitur per depoſitionem erronee conſcientie de qua videbitur parte tertia per totum. Ideo nullus poteſt eſſe. ii. mō vel. 3. mō ꝑplexus adeo: ꝙ ſit ſimpliciter ꝑplexus. alias talis nō libere nec volūtarie peccaret quod nunq̄ fit. quia omne peccatum ſcd̄m Auguſti. eſt adeo volūtarium, qđ niſi aliq̄liter ſit voluntariū nō ē peccatū. Si aūt alicui appareat ꝙ peccet ſiue faciat ſiue dimittat: apparentia eſt nō veritas. quia ſi ſcientiā haberet, & non ignorantiam: videret viam ſine peccato faciendi uel dimittendi: vt patet in exemplo ſequenti. Poteſt tamē aliquis eſſe ꝑplexus ſecundū quid, ſeꝫ ſcd̄m erroneā conſciam, qua depoſita: erit liberatus. Exemplū de eo cui dictat conſcīa ꝙ fornicari debeat: alias reus erit mortis proprie perſone, errat talis cōſciētiatus. & interim ꝙ talem habet ꝯſciam eſt ꝑplexus ſcd̄m quid. quia ſiue fornicet̄ ſiue nō: peccat. quia ſi facit: cōmittit peccatum fornicationis ſi non facit: cōmittit ex intentione ſeu conſcientia peccatum proprii homicidii. & ſic ſcd̄m quid eſt perplexus. Igitur deponat ꝯſcientiam: & tunc fornicando nō peccat. Iſte tamen cui apparet ꝙ conſcientiam non poſſit deponere. et ſcd̄m quid

perplexus eſt inter duo uicia: illud plus eligat uicium, uel potius minus timeat icurrere: quod in ſe minus pecatū extat. ſicut in exemplo de eo patet qui in turri captiuus eſt, & ſine corporis periculo euadere nullo modo pōt. eligit locū vbi cadendo deorſū min⁹ ledat. De hoc eſt etiā regula uniuerſalis theologoꝝ hec. In nullo caſu eſt aliqs pplexus īter duo peccata qn ei pateat exitus abſq; nouo peccato. nā ſi iurauit quiſpiam ſe occiſurū petrū innocentē, & non occidat eū: ipſe non peccauit nouiter: ſed iam peccauit iurando. Si aūt conſcientia dictat ſibi erronea ꝙ petrus īnocens ē ſtatim occidēdus ab eo: dimittat hāc cōſcientiam et liberat⁹ ē. Si aūt poſtremo īcidāt duo ꝑcepta icōpoſſibilia ex culpa ſua: tūc agat illud qđ de ſe eſt magis obligatoriū, et a nouo pctō īmunis exiſtet

¶ Capitulum ſepitmum tractatus ſecundi aſſignat quinque cauſas erronee conſcientie.

Uiſo qđ ſit erronea ꝯſciētia q̄ uulnus magnū ē aīe: nūc ut medela adhiberi poſſit radicitus uidendū ē de cauſis erronee cōſcientie. ¶ Vbi ſciendū ꝙ ex quinq; oritur, ſcʒ ex ex diſcendi negligentia. ex querendi erubeſcentia. ex ſuperbie pertinacia. ex affectus maliuolentia. & ex aliorum uiciorum grauium fetulentia. ¶ Primo inq̄ orit̄ ex diſcendi negligētia. Vnde

Yſa.iii. Propterea captiuus ductus ē populus meus. quia non habuit ſcientiam. tenetur enim quilibet chriſtianus ſcire aut adiſcere ea que ſunt credenda, ut ſymbolum apoſtolorꝝ. & que ſunt appetenda & ſpernēda, ut orationem dominicam. In qua continetur quicquid eſt ordinate petendum & ſperandum. et ea que ſunt facienda, & dimittenda per dilectionem dei et proximi, contenta in decem preceptis, que ſunt regule omnium. dicente ueritate Mathe. xix. Si uis ad uitā ingredi, ſerua mandata. Ea que ſunt eccleſie cōmuniter uulgata precepta: ut de precipuis feſtiuitatibus de neceſſitate confitendi, et eukariſtiā ſumendi atq; de quibuſdam aliis ſacramentis eccleſie uenerabiliter pcipiendis tenentur ſcire omnes homines. Tenentur inſuper ſcire ſinguli homīes ut dicit ſanctus Thomas. i. ii. q. lxx. ea que ad eorum ſtatum ſunt pertinentia uel officium. ut religioſus ea que ad ſuam religionem pertinent. epiſcopus. iudex. ſcabinus. conſiliarius, artifex: & ſic de aliis que ad eorum officium pertinent. Similiter tenentur ſcire ea ſine quorum ſcientia nō poteſt aliquis debitum actum exercere. Et ſicut turpe eſt mechāico pͥmo uelle artē diſcere qn̄ debet eā exercere. ſic turpiꝰ ē cuilibet ī officio licito exiſtēti, ſi neſcit ea q̄ ſūt officii ſui exercere, ut iunctis mr̄imōio, electis ad officia & ſilibꝰ. Nā q ignorat

ignorabit.i.cori.xiiii.Et fatuis virginibus dicitur.
Math.xv.Amen dico vobis:neſcio vos,& clau
ſa eſt ianua.¶Secūdo orit erronea ꝯſcīa ex que-
rēdi erubeſcētia.puta cū quis habere poteſt quos
in dubiis cōſulat.vel in arduis,& erubeſcit quere
re.tales enī veram prudentiā q̄ idem ē cū diſcre-
tione:& ab erronea conſcientia ſola ſcit liberare
nūq̄ attingent:īmo demonis tēptationi interim
ſuccumbent:vt diffuſe probat Caſſianꝰ colla.ii.
Moyſi exemplis primi abbatis Serapionis:qui iu
uenis exiſtens ſeruiēdo abbati theone,per demo
nis temptatōem tam diu in furti panis conſcien-
tia duriſſima detentus eſt:quo vſqꝫ peccatū corā
ſenibus agnouit. Deinde exemplis ſcirpture ideꝫ
patet.Primo de Samuele iuuene a deo electo pri
mi reg.iii.Quem deus pater ſuo colloquio nolu-
it illuſtrare niſi ſemel. & iterū ab hely ſeniore ſa-
cerdote doceretur.Sic vas electōis iā conuerſum
deus per ſemetipſum ſtatim inſtruere noluit:ſed
ait ei act.ix.Surge & ingredere ciuitatē:& ibi di-
cetur tibi quid te oporteat facere.Sic etiam idem
Paulus propter hoc ſolū aſcēdit iheroſolimam:
vt euangeliū quod ꝑ miracula plura gentibus p̄-
dicauerat priuata ac domeſtica examinatōe con-
ferret cum apoſtolis.Contuli inquit ad Gal.ii.cū
illis euangeliū qd̄ predico inter gētes, ne forte in
vacuum currerem:aut cucurriſſem.Ideo ꝯcludit
Caſſi. ex verbis Moyſi abbatis. Quis igitur tam

preſumptor & cecus ē qui ſe audeat ſuo iudicio
& diſcretioni cōmittere: cū vas electōis īdignū
ſe coapoſtoloꝝ ſuorū collatione teſtetur. Vnde
manifeſtiſſime cōprobatur, nec a domio viā qdē
perfectionis quēpiā promereri, qui habens vnde
valeat erudiri doctrinā ſenioꝝ vel inſtituta con-
tēpſerit. paruipendens illud eloquiū quod opor-
tet diligentiſſime cuſtodiri. Interroga patrem tu-
um: & annunciabit tibi. ſeniores tuos & dicent
tibi. deutero. xxxii. Et iterum dicit Caſſi. ibidem.
Non valebit ignorantiam eius callidus hoſtis
illudere: qui vniuerſas cogitatiōes ī corde naſcē
tes perniciosa vercundia neſcit obtegere: ſed eas
maturo examīe ſenioꝝ vel reprobat, vel admit-
tit. ¶ Tertio orit͛ ꝯſcīa erronea ex ſuperbie pertīa-
cia. vt quando quis non humiliat intellectū ſuū:
vt ſcꝫ melioribus & ſapientioribus ſe velit crede
re. Contra quod apl's. ii. Cori. x. Captiuantes om
nē intellectū ī obſequiū chriſti, hoc eſt dicere: vt
exponit Vlri. de argen. in cōpendio tho. ꝙ quili-
bet in credendis plus debet conſentire fidei q̄ ſi-
bi: & in agendis plus debet aliis credere q̄ ſi
bi. vt patebit parte tertia. caplo. xvi. Ideo Caſſia-
nus vbi ſupra dicit. Vera diſcretio non niſi vera
humilitate acquiritur. Cuius humilitatis nō ficte
hec erit prima probatio. ſi vniuerſa non ſolum
que agenda ſunt, ſed etiam que cogitantur ſenio
rum reſeruentur examini: vt nihil ſuo qs iudicio

credens illorum per omnia diffinitionibus acquieſcat: et quid bonum uel malum debeat iudicare: eorum traditione cognoſcat. Que inſtitutio non ſolum per ueram diſcretionis uiam iuuenem tramite recto docebit incedere: uerū etiam a cunctis fraudibus inimici & inſidiis ſeruabit illeſū. Nullatenus enim decipi poterit: quiſquis non ſuo iudicio ſ3 maiorꝝ viuit exēplo. ¶ Quarto orit̄ ex affectus maliuolentia cū ſcilicet quis aliquam paſſionem ſequitur. quia talis impedit animū ne poſſit cernere uerū. quod non ſolum uerum eſt de ira: ſed de omni alia paſſione. puta odio. timore / delectatione: triſtitia / ſpe / uel deſperatione / ira / fuga. et proſecutione / dolore & gaudio: quādo tales paſſiones non refrenantur ratione / quas philoſophus .ii. ethi. ponit. Vnde beatus Aug. in. ix. deci. d. dicit ꝙ paſſiones anime quidā vocāt morbos uel perturbationes anime. & de duobus malis iudicibus & ſacerdotibꝰ dicitur Dani. xiii. Auerterunt ſenſum ſuū. glo. a recto ſc3 auerterunt oculos ſuos ne uiderēt celū / glo. id ē celeſtia nō cogitarēt. Et ſequitur. Neqꝫ recordarentur iudiciorum iuſtorum. Glo. ſiue dei. ſiue honeſtatis / ſiue nature que omnibus ad bonum inſita ſunt. Cauſa ſubinfertur de paſſione. Erant enim ambo uulnerati amore eius ſcilicet Suſanne. Et poſtea ait vni eorū ipm̄ condēnando Daniel. Species decepit te: & concupiſcentia peruertit cor tuum. Quinto ori

tur ex uiciorum aliorum grauium fetulentia. Nā habitus et diſpoſitiones uiciorum intellectum cecāt, ſic ut lumē uere intelligētie uix habere poſſit. & ſi habet: habitus uiciorum adeo debilitant uoluntatem hominis & affectum, ut ſibi mūdus ſapiat: nō celeſtia. terrena & non diuina. Vnde de malis in īferno poſitis ſic dicit᷑, tarde de uita pſenti penitētib⁹. ſapien. v. Errauimus a uia ueritatis & iuſtitie lumē nō luxit nob̄ et ſol ītelligētie nō ē ort⁹ nob̄. laſſati ſum⁹ in uia iniqtatis et pditōis. et ambulauimus uias difficiles: uiā aūt domini ignorauimus. Icc irco etiam Thobie ſcdo. Vicia ſcdm gloſam ſignificantur per ſtercora calida hirundinis que cecauerunt Thobiam. Nido inquit glo. hirundinis ſuppoſitus dormit, qui leuitati laſciuie ac ſuperbie ſe incautus ſubicit.

¶ Caplm. viii. dat remedia ne qs in ignorātia dānet᷑. Et ſunt quattuor p que qs facit qd in ſe eſt.

DE medicamine preterea erronee conſcientie neceſſarium eſt uidere. Habet autē ignorātia uīcibilis iuris & facti (q̄ ē origo erronee conſcientie) duo in ſe mala. Vnū eſt reatus ſeu culpa. aliud eſt defectus ſcie debite ineſſe qua ſcientia ignorans caret. Primū tollit᷑ p uerā contritionem. Secundum tollit᷑: aut non impu-

tatur p̄ diligentiam debitam faciendo qđ in ſe eſt
Exiguntur autem ad diligētiam debitam contra
ignorantiam talem: & ad faciendum quod in ſe
eſt quatuor aut quinq; ſecūdum Criſo. videlicet
inquiſitio diligens ſcripturarum. requiſitio humi
lis in ſcripturis ſacris litteratorum. operatio bono
rum per cautelam grauium viciorum, & inuoca
tio per orationes dei & ſanctorum. Quītum po-
teſt addi qđ eſt cauſa p̄cedentiū: videlicet ardens
deſideriū ꝓprie beatitudinis, et fuga dāpnationis
ꝑpetue Vn̄ Criſo. ſup Math. omel. xxxix. iſta tā
gēs dicit. Si velles ſcripturaꝝ īgredi veritatē, nūc
peteres oratōibus: nūc quereres in ſcripturis. nūc
pulſares bonis operibus: nunc īterrogares ſacer-
dotes: nunc iſtos nūc illos: ſed iſta non fiunt. qa
verbo dei non creditur. nec ꝓmiſſio beatitudinis
deſideratur, nec condēnationis iudicium formi-
datur. Eadem q̄tuor tāgit & declarat bonauētu.
ſuper. 3. in materia de fide. ¶ Primum inquit eſt
diligens inquiſitio ſcripturarum ſalutarium ſcilꝫ
homini: que fieri debet per attētam verbi dei au-
ditionem. Vnde pſal. Tempus faciendi domine
diſſipa. le. Ideo dile. man. tu. ſuper an. & tho. ꝓ-
pterea zc̄. Debet enī fieri per librorum ſacre ſcri-
pture ſi quis nouerit legem attentā inſpectōem.
quia pſal. Tunc non ꝯfundar cū perſpexero zc̄.
Vnde beatus vir p̄dicatur p̄ pſalmiſtā qui ī lege
ei⁹ meditat̄ die zc̄. qui erit ſicut lignū qđ fructū

dabit in tempore ſuo. & etiã fit per cordialem au
ditoris de ſcriptura ſacra meditationem. Talibus
enim inſiſtendum eſt preſertim diebus feſtiuis p
que ſabbatũ multum ſanctificatur. ¶ Scdm eſt re
quiſitio humilis in ſcripturis ſacris litteratorum.
quod fieri ſolet per conuerſationem cum bonis
hominib⁹. Vnde in pſal. dicitur. Cũ ſancto ſan-
ctus eris zc. p crebrã collocutõem moralium bo-
noꝝ. quia ſicut ſecundum apoſtolũ pme ad cor.
qnto. Corrũpũt bonos mores colloqa praua: ita
ediuerſo ſcdm pſal. declaratio ſermo. t. illu. zc.
& per humilem queſtionẽ ſapientioꝝ: exemplo
ieſu qui duodẽnis in medio doctorum interroga
bat & audiebat illos. & ſubditus erat illis ſcꝫ parẽ
tib⁹ Luce. ii. Que q̃tum valeãt dictũ eſt pte iſta.
ca. vii. Tertiũ eſt opatio bonoꝝ p cautelã grauiũ
uiciorum: vt ſcꝫ homo ſibi caueat a grauibus pec
catis: et ſi in aliquod ceciderit: non diu in eo per-
maneat. quia ſecundũ beatũ Grego. deus ſepe p
noua peccata punit priora. & ꝑpter vicia grauia
ſinit peccatorẽ in ignorãtiam ruere: et in peccata
alia. Vnde pſal. Appone iniquitatem ſup ĩiqui-
eoꝝ zc. Et ſic ſcdm glo. auguſt. ſupcecidit ignis
& nõ viderunt ſolem. Sic etiam ſecundũ apoſto
lũ. ro. i. ꝑpter peccata phariſeorũ tradidit eos de-
us in paſſiones ignominie. & obſcuratũ eſt ĩſipi-
ens cor eorum. Quinimo ſecundũ beatũ Greg.
ſuper ezech. Contẽnenti qui non vult penitere

ponit deus offendiculum, ut grauius impingat.
¶ Quartū eſt inuocatio per orationes dei, & ſanctorum: quatinus deus uelit hominē illuminare, ut neceſſaria ad ſalutē intelligat. & vt in ignorantia ſua non permaneat: exēplo pſalmiſte qui ait. Delicta quis intelligit. & ſtatim orare incipit pro intellectu eorum dicens. Ab occultis meis munda me domine: et ab alienis parce ſeruo tuo. Vnde glo. ſuper Math. viii. Chriſtus modo rogatus modo ultro curat, oſtendens ſe contra uiciorum paſſiones ſemper annuere fidelium precibus: & ea nonunq̄ que ipſi non intelligunt, uel intelligēda dare, uel pie petentibus etiā non intellecta dimittere. Quicunq; igitur in predictis quatuor diligentiam fecerit: videtur ſecundum Criſo. & Bonauenturam facere quod in ſe eſt, et peccatorum remiſſionem conſequi poteſt: etiam occultorum q̄uis etiam per multa alia peccata dimittant. Vnde Origenes ſuper le. ii. dicit. Aliquid melius fere agebatur cum antiquis, quibus diuerſis ſacrificiis venia preſtabatur. apud nos una tantum uenia peccatorum per baptiſmi lauacrum nulla poteſt peccanti miſericordia. Decet enim diſtrictioris diſcipline eſſe chriſtianū, ꝑ quo chriſtus mortuus eſt. boues hyrci & oues iugulabant, & aues & ſimilia oleo conſpergebantur: pro te dei filius iugulatus eſt. Et iterum ſi te peccare delectat: nō tamen deſperes. Audiſti quanta in lege ſacrificia

pro peccatis: audite quante ſunt remiſſiones in euangeliis. Prima eſt in baptiſmo. Secūda in martyrio. Tertia p elemoſinam. Vnde date que habetis, et omīa mūda ſunt uobis. Luce. xv. Quarta quia fratribus remittimus. Math. vi. Si remiſeritis fratribus ex corde: & uobis remittet pater peccata ueſtra. Quinta. quia conuertimus peccatorem ab errore uie ſue. ſecūdum illud Iacobi tertio. Qui cōuerti fecerit peccatorem ab errore uie ſue zc. Sexta per abundantiam caritatis. Vnde Luce. vii. Dimittuntur ei peccata multa: quia dilexit multum. Et alibi prima Petri quarto. Caritas operit multitudinem peccatorum. Septima per penitentiam duram & laborioſam: cum peccator lauat lachrymis lectum ſuum: et ſiunt ei panes lachryme die ac nocte. nec erubeſcit ſacerdoti domini peccatum ſuum confiteri, & medicinā querere ſecundum illum qui ait. Dixi confitebor aduerſum me iniuſti. me. domino: & tu remiſiſti impietatem zc. Hinc Iacobi vltimo. Si quis infirmatur, vocet preſbyteros eccleſie. Tu ergo cū ueniſti ad gratiam baptiſmi, vitulum obtuliſti. quia in morte chriſti baptiſaris. Ro. vi. Cum ad martyrium duceris: hyrcū obtuliſti. quia autorem peccati diabolum iugulaſti. Cum elemoſinam feceris, & erga indigentes miſericordie affectum impenderis, ſacrū altare hedis pinguibus honoraſti.

C

Si fratri tuo ex corde dimiſeris: et iracudie timorem depoſueris, mitē & ſimplicem animū habueris: arietē vel agnū ſacrificaſti. Si diuinis lectionibus īſtruct⁹ meditādo ut colūba et ī lege dn̄i vigilādo, ꝯuerteris peccatorem ab errore vie ſue: et ad ſimplicitatē colūbe reuocaueris: et ſanctis adiūgendo, ſocietatē turturis feceris imitari: par turturū aut duos pullos colūbarꝝ obtuliſti. Si aūt ꝓximū tuū nō tantū ſicut teipſū dilexeris, ſed ſicut chriſtus qui ait. Maiorē caritatē nemo habet, vt animā ſuā ponat quis pro amicis ſuis: panes azimos ſimilaticeos, caritatis oleo ſubactos: ſine fermēto malicie & nequicie: ſed in azimis ſinceritatis, et ueritatis deo obtuliſſe cognoſce. Sed ſi ī amaritudīe fletus fueris: ſi carnē tuā maceraueris: & multa abſtinētia arefeceris, ut dicas. ſicut in frixorio confrixa ſunt oſſa mea in ſacrificio: Similā a ſartagine vel a craticula obtuliſti. Hoc modo verius & perfectius ſacrificia offeres: que iam ſecundū legē nō poteſt offerre iſrahel. Hec Orige.

¶ Capitulum nonum oſtendit tres differentias eſſe hominum malam conſcientiam habentium. & quomodo facere poſſunt quod in ſe eſt.

u. VErum quia per prefata puncta Criſo. bene videre poteſt quis quid facere debeat: q̄tum in ſe eſt catholicus in conſcientia

erronea manens. Hic modo opus eſt videre etiã quid neceſſariũ ſit facere vnicuiq; ſiue ſit fidelis: ſiue ſit ĩfidelis, vt erroneã exeat cõſcientiã, per facere quod in ſe eſt. Eſt enĩ generalis theologie regula: vt inquit Cancel. tractatu de regulis moralibus. ꝙ culpabilis ignorantia iuris diuini non cadit ĩ faciente illud quod ĩ ſe ẽ. quoniã ſpiritusſanctus talẽ hominẽ de neceſſariis ad ſalutẽ que vires ſuas excedũt docere ĩmediate paratus eſt. Vt igitur ſciatur quid ſit facere quod in ſe eſt: q̃q̃ idẽ oſtenſũ ſit ſupra ca. iii. & . iiii. Hic tamen aduertendũ eſt ꝙ tria ſunt gnera hominũ. Quidã ſunt habentes vſũ rationis, ſed nondũ fideles. Alii ſũt qui ſunt aut fuerunt fideles ĩ peccato mortali exiſtentes nunc: vt heretici. Alii ſunt fideles iã penitentes: & tamen ſuã erroneã conſcientiã non agnoſcentes. & omnes iſti poſſunt ab erronea conſcientia liberari: dummodo faciant quod ĩ ſe eſt.

¶ Primi igitur vt allex. de hallis dicit ĩ ſũma tria debent facere: videlicet deũ qui nos genuit agnoſcere. quod nihil boni a ſe habent: ſed a deo principaliter credere, & a deo ſibi bona dari: & mala amoueri petere. Quod ſic declarat Nã ĩ quolibet hoĩe eſt recta ratio. & hec certitudo boni eſt notio indita a creatore: qua quelibet aĩa põt cognoſcere ſuũ p̃ncipiũ, ſcꝫ deũ. de qua notitia ĩ pſal. dicitur. Scitote quoniã ipſe eſt deus: ipſe fecit nos zc̃. Per hoc enim ꝙ quilibet homo naturaliter

f.ii

ſcit ſe ſemp nō fuiſſe, ſed ſe factū eſſe: ita ſcit ſe habere principiū. & ſcit ꝙ ab illo principio habet qcqd habet. & totū bonum quod habet & non a ſe: & ſcit ꝙ ab illo debet petere bonum, & ꝙ per illum debent repleri omnes defectus ſui. Si ergo ſcdm iſtā notitiā operet᷑ homo ſuo arbitrio currēdo ad illū quē ſcit ſuū prīcipiū eſſe: ecce primū. et quē ſcit eſſe orandū ſibi, ut ſcʒ ſuppleat defect⁹ ſuos & bona tribuat, ecce. ii. & petit ab eo lumen cognitōis fidei, & boni: ut detur ei, ecce. iii. Si enī illa non facit qs. tūc iuxta illud. i. Corī. xiiii. Ignorans ignorabit᷑. Si aūt facit: facit qd̄ ī ſe eſt. et hoc uerū eſt generaliter de quolibet homine. ¶ De ſecūdis aūt qui ſunt fideles, ſed in peccato mortali tales preter premiſſas etiā tria debēt bene facere: ſcilicet auertere uolūtatem a peccato: iuſtitiā dei ponderare quā infligit pro peccato, & miſericordiam dei quā impendit penitentibus. In talibus enim de ſcdo genere plus eſt uel facilius accipere lumen ueritatis. qa tales habent fidē informē, ſcilicet ſine caritate. Fides aūt radiat ad duo. ſ. ad diuinam iuſtitiam dānantem reprobos: & ad diuinam miſericordiam ſaluantem electos. Hec enī bene cognoſcit per fidem. Si ergo auertat ſuū arbitrium ab actu peccati, & dirigat ex lumine fidei in iuſtitiam damnantem reprobos, et in diuinam miſericordiā ſaluantem iuſtos: ex primo cauſabitur timor in eo: et ex ſecundo ſpes. et hoc eſt fa

cere quod in ſe eſt. Cui concordat ſanctus Tho. in.iiii.di.xvii.de iuſtificatione impii.q.ii.d.In ipſa uoluntate eſt appropinquare deo per affectum deſiderium, & ordinari ad gratiam per remotionem impedimenti.quod quidem īpedimentum eſt peccatum. & ideo per diſplicētiam peccati, & affectum ad deum ſe aliquis ad gratiā preparat. Et quādo hec duo quis efficaciter facit, dicit' facere quod ī ſe eſt. & p hoc gratiā recipit. De primo iſtorū dicit' Iaco.iiii. Appropīquate deo, et apropinquabit uobis. De ſecūdo apoc.iii. Ecce ſto ad hoſtiū, & pulſo. ſi qs audierit uocē meā: et appuerit ianuā: ad illū introibo, & cenabo cū illo: et ille mecū. Hec Tho. De tertiis uero qui laborant in errore uidentur facere quod ī ſe ē, ut illuminētur ſi ſeruent ea q̄ ponunt' ſupra.ca.iiii. & pte.iii.ca. xxiiii. ¶ Sed fortaſſis quereret homo timorate cōſciētie. Cum omnes ſacre pagine doctores dicant ꝙ homini facienti quod ī ſe eſt: etiā ſi eſt īfidelis aut credēs peccator, dat' lumē gratie: nunqd deꝰ tali dat gratiā īfallibiliter & neceſſario? Reſpōdet ibidem ꝙ ſic. Nam q̄uis deus cogi non poſſit: tamen ita imutabiliter ſe habet diuīa bōitas ad donum gratie omni uolenti recipere faciendo, ſcilicet quod in ſe eſt ꝙ deus dat ei gratiam: et etiam neceſſario.i. imutabiliter, ſicut ſol imutabiliter dat lumen ſuum omni volenti ſuſcipere. ſ. diſpoſito ad hoc, & ſe habenti ī recta diſpoſitiōe ad ſolem.

B. 9. L. D. Z.

Ex quo patet laus voluntatis diuine ꝙ nō poteſt
ſe negare volenti gratiā ſuā recipere faciendo qđ
ī ſe ē. Propter qđ etiā Auguſti. dicit. Sicut vitu-
periū humane voluntatis eſt ꝙ non vult recipe-
re: ita laus diuine ratōis eſt ꝙ non poteſt ſeipſam
negare. Cauēdū tamen, vt dicit Bern. li. de gratia
& li. ar. Ne ea que ītra nos accidere ſentim⁹. aut
voluntati humane tribuas que īfirma eſt, aut di-
uine neceſſitati, ſic ſcꝫ ꝙ deus cogatur. qa non co
acte: ſed libere dat ex ſua bonitate. Et aīaduertē-
da eſt iterū diuina bonitas. nā ſi per īpoſſibile de-
us non daret facienti quod in ſe eſt gratiā non fa
ceret tali iniuriā. ſic nec luto fieret inuria, ſi de eo
faceret figulus vas ī cōtumeliā: non ī honorē. qa
faceret ſcđm exigentiā & naturā ſue ma̅tie. teſte
Hiere. xviii. Ecce ſicut lutū ī manu figuli: ſic vos
ī manu mea. Et yſa. lxvii. Et nunc do. pater no-
ſter es tu, nos vero lutum: & tu factor noſter, &
opera manuum tuarum omnes nos. Vnde nos
ſumus materia ipſius. ſed ſic eſt ꝙ tota maſſa ge
neris humani corrupta eſt ꝑ originale peccatum
et propter hoc ſi deus faceret ex homīe vas ī cō-
tumeliā, et nō ī ſuū honorē īprimēdo formā no
bilē que eſt gratia faceret ſcđm exigētiā materie.
quia ordinata eſt maſſa generis humani per pec-
catum ī cōtumeliā. et propter hoc ſi ita faceret:
non faceret iniuriam, ſicut videtur facere in pue-
ris ab originali peccato per ſacramentū nō pur-

gatis. Q͛ ergo deus in homine facienti quod in ſe eſt ĩprimat formã nobilẽ que ẽ gratia: hoc eſt ſola libertate ſua, & non ex aliquo quod debeat homini facienti quod in ſe eſt. quia homo faciẽs quod ĩ ſe eſt: adhuc eſt indignus ad ſumptiõem gratie. ĩmo nullus peccator poteſt ſe ſufficienter diſponere ad gratiã, niſi de⁹ ipſũ diſponat. Tum quia vt dictũ eſt qui eſt ĩ peccato mortali: ĩdign⁹ eſt ſuſcipere gratiã. tũ quia tale peccatũ remouet lumen diuine gratie: ſicut feneſtra clauſa ne illuminetur domus. ſed ſi facit homo quod in ſe eſt: conſequitur diſpoſitionẽ diuini adiutorii. Vnde ĩ priori exemplo feneſtra debet cõparari actui voluntatis, cuius eſt conſentire vel diſſentire. et tenebra cõparatur peccato. Vnde ſicut in poteſtate hominis non eſt ꝙ remoueat tenebrã a domo niſi aperiat prohibens lucem ſcꝫ feneſtrã, et lux illa remouet tenebram. Ita in poteſtate homĩs nõ eſt vt remoueat peccatũ a ſeipſo. Sed ſi remoueat actum ſuũ voluntariũ ſcꝫ diſſenſũ ad bonũ, & conſenſũ ad malum: tunc remouet illud quod ẽ prohibens gratiã, ſicut feneſtra prohibet lucẽ. & tunc intrat gratia in chriſtianũ, & ita diuino adiutorio remouetur ab eo tenebra. remouet igitur liberũ arbitriũ diſſenſum ad bonum, vt conſentiat parate gratie. & hoc eſt quod dicit beat⁹ Bern. Gratie ſolum cooperari dicitur liberum arbitriũ dum conſentit.

¶ Capitulo .x. probatur multis rationibus ꝙ facienti quod in ſe eſt datur omnino gratia.

QVod aūt deus faciēti quod in ſe eſt īfallibiliter dat gratiam. patet multis rationibus. ¶ Primo enim dicit apoſtolus .ii. thi. ii. deus ſemetipſum negare non poteſt. Sup quo beatus Auguſtinus. Cum ſit iuſtus non poteſt negare ſuā iuſtitiā. ergo cū ſit bonus & miſericors, non poteſt negare ſuam bonitatem et miſericordiam. quia pronior eſt ad largiendū de miſericordia et pietate, q̄ ad puniendum de iuſtitia. Sicut ergo non poteſt ſuam iuſtitiam negare facientibus malū: multomagis nō poteſt ſuā miſericordiam & bonitatem ab his negare qui requirunt eam. Sed qui facit quod in ſe eſt requirit bonitatem eius et miſericordiam. ergo deus nō poteſt ei negare qui facit quod in ſe eſt ſuam bonitatem et miſericordiam. dat ergo ei, hoc eſt īfundit gratiam. Cum apoſtolo concordat ſcriptura eccle. vi. di. Cogitatū habe in p̄ceptis dei et ī mādatis illius maxime aſſiduus eſto: et ipſe dabit tibi cor bonū et concupiſcentia ſapientie dabitur tibi Secundo ſic. Nam dicit Auguſtinus ſuper. i. Ro .v. Iuſtificati ex fide pacē habeam⁹. deus recipit confugientes ad ſe: aliter in eo eſſet iniqtas. ſed impoſſibile eſt ꝙ in eo ſit iniquitas. igitur impoſſibile eſt ꝙ nō ſuſcipiat confugiētes ad ſe, ſed

faciens quod in ſe eſt confugit ad ipſum. ergo neceſſe eſt ꝙ ipſum recipiat. ſed ipſū recipe fit p ſuſceptionē gratie, ideo ut prius. ¶ Tertio apoc. iii. Chriſtus dicit. Si quis apuerit mihi, intrabo et cenabo cū illo, hoc eſt delectabor. Et Yſa. i. dn̄s ait. Cōuertimini ad me. et ego conuertar ad uos. Ex quib⁹ ſic arguitur. Impoſſibile eſt ſummā ueritatem mentiri: ſed neceſſe habet uerū dicere et implere. ſed dicit cōuertenti ad ipſū ꝙ ꝯuertat ſe, & ꝙ ad ipſum apientem intrabit. Cū ergo faciēs qđ in ſe eſt conuertatur ad ueritatē primā, & ei aperiat ut intret, neceſſario ſequitur ꝙ talem ad gratiam recipiat. ¶ Quarto querit Anſel. in li. de caſu diaboli quare lucifer nō habuit perſeuerantiā? quia aut hoc fuit, quia deus nō dedit: aut qa ipē nō accepit. Sed determīat iſtā queſtionē dicēs ꝙ hoc nō fuit, qa deus nō dedit: ſed qa ille nō accepit. cū deus ſemp paratus eſt dare: ipſe uero non erat patus accipe. Cu igit᷑ faciens quod ī ſe eſt parat⁹ ſit accipe gratiā dei. igit᷑ ei dat᷑. ¶ Quinto nō minus deus diligit chriſtianos uel aliquos peccatores ī nouo teſtamēto q̄ dilexit ī ueteri teſtamēto. īmo plus uidet᷑ diligere ī nouo teſtamento. qa chriſtus frequenter ait. Non ueni uocare iuſtos: ſed peccatores ad penitentiā. Math. ix. Marc. ii. Lu. xv. tres parabolas ponit. ſ. de oue & dragma perditis diligentiſſime queſitis: & de filio prodigo. ſed ī ueti teſtamēto miſericordiſſime uocauit

peccatores.yſa.xlix.d.Dixit ſion dereliqt me dominus, & dominus oblitus eſt mei. nūqd obliuiſci poteſt mulier infantē ſuū, vt nō miſereat̃ filio vteri ſui. Et ſi illa oblita fuerit: ego nūq̃ tamē obliuiſcar tui. ecce ī manibus meis deſcripſi te. ❡ Hāc etiam dei īdicibilem bonitatem ad humanū gen⁹ oſtendit beatus Dyoni. in epiſtola ad demophilū qui ītitulatur de propria operatōe & bonitate dei ī qua redarguit demophilū qui penitentē a venia excluſit. Probat eni & cōmendat ibi beatus Dyoniſi⁹ manſuetudīnē & miſericordiam deo ſūme placere. & hoc oſtendit tripliciter. Primo exemplo patrū veteris teſta. Secundo exemplo angelorum. Tertio exemplo chriſti. Primo exēplo patrum vete. teſta. ſcʒ de Moyſe qui fuit vir mitiſſimus ſuper omnes homines qui habitabant ī terra. numeri. xiii. Ideo etiā ei deus ſicut amicus amico locutus eſt: ſe ei oſtendēs. Secūdo de Dauid dicitur in pſal. Memento domine dauid: & omnis manſuetu. eius. Ideo chriſtus de eius progenie natus eſt. Pariformiter Iacob qui ſe manſuete ad perſecutorē eſau habuit: et iuſtificatus eſt. Ioſeph ſimiliter non ſe vindicās de īiuria contra frates ſuos Geñ. vltio. domin⁹ egypti factus eſt. Et abel qui ambulauit cū homicida fratre ſine ſuſpitōe. īmo et ipſa lex rigoris vete. teſta. mandauit ꝓuidere iumentis īimici. Exo. xxiii. Si occurreris boui īimici tui, aut aſino errāti: reduces eū.

Deinde recolligit Dyoni. vuiuerſaliter ꝙ omnis
ſcriptura ſacra laudat bonos qui nō preintendūt
aliis facere mala neq; p maliciā alioꝝ trāſmutan
tur a propria bonitate. Vnde dicit glo. Math. v.
Mitis eſt quem nec rancor/nec ira afficit: ſed om
nia equanimiter ſuſtinet. et ad ſimilitudinem dei
malis & inimicis tales benefaciunt/& extendunt
ī eos etiā ſuā bonitatē. ¶ Secundo probat exēplo
angeloꝝ qui amāt homines: & miſerentur gen
tibus. ſicut patet Dañ. x. ꝙ angelus egreſſus eſt ī
auxiliū populi hebreoꝝ deprecans deum ꝑ homi
nibus ſicut patet ʒacha. i. de angelo q clamauit ad
dominū. & dixit. vſq;quo domine nō edificabun
tur ciuitates iude: Increpans multitudines popli
male operantis. ſicut in pricipio Iudic. Qñ appa-
ruit angelus/et reprehendit filios iſrahel. Triſtan
tur a malis hoim. Vñ yſa. xxxiiii. Angeli pacis
amare flebūt/et gaudēt ī ſaluatiōe hoim. Luce. v
Gaudiū eſt angelis dei ſup vno peccatore peni.
agen. ¶ Tertio ꝓbat exēplo chriſti/qui ex ieffabili
bonitate ſua omia ad eſſe ꝓduxit: et oia i eſſe cō
ſeruat. oia que vult aſſimilare ſibi cōicās eis pro-
pria ſua ſcd̄m eoꝝ capacitatē/recedentes ab ipſo
amat: et certat reuocare ad ſe. exēplificās de filio
ꝓdigo miſericorditer ſuſcepto. Hec oia Dyo. po
nit i ſentētia. Et ſimilia ꝓbat Damaſ. li. iiii. ca. v.
dicēs. Bonꝰ et omnibonꝰ/et ſupbonꝰ deus totus
ſuperueniēs bonitas ꝓpter abūdantes eiꝰ diuicias

bonitatis non ſuſtinuit ſolum eſſe eius bonū ſui
ipſius ſecundum naturam a nullo ſcilicet partici-
patā. Huius gratia fecit qdem primum ītellectua
les & celeſtes uirtutes. Deinde ſenſibilē et uiſibi-
lem mundū. Deinde ex ſenſibili & ītelligibili ſcili
cet hominē: ut omīa quidē que ab ipſo facta ſūt,
cōmunicent eius bonitatē. tradidit nobis propriā
imaginē & ſenſū ꝓpriū. aſſūpſit ipē paupē et ībe
cillē natura nr̄am, ut et nos purget et īcorruptibi
les faciat, et ꝑticipes rurſus ꝯſtituat ei⁹ diuinitatis.

¶ Terti⁹ tractat⁹. Capl̄m primū qd ſit ſcrupl̄oſa
ꝯſcīa, ſcrupl̄us, ſcīa, fides, dubiū: et ābiguitas, et ſi
milia. Et quomodo differūt a conſcīa & inter ſe.

POſtq̄ de ꝯſcīa dictū eſt q̄ rectitudinē ha-
bet, uel uidet̄ habere ī iudicādo: nunc de
tertio ꝑncipali agendū, uidelicet de ſcru
puloſa conſcīa que ſuſpitōem uel dubium habet
ac timorem ſeu uacillatiōem de re agibili uel cre-
dibili. Quia uero talis ſcrupulus naturam morbi
ſpiritualis habet. Iccirco uidendū erit de eius na-
tura. de nocumento et ꝑfectu. de eius cauſa, me-
dico et medicina curatiua. Eſt autem ſcrupulus
quedam vacillatio conſurgēs cum formidine ex
aliquibus coniecturis debilibus & incertis. Nam
ſi ex uehementibus argumentis & probabiliori-

bus tam pro hac parte q̄ pro altera dubitatō ꝯſur-
geret iā nō ſcrupulus ſolū uel leuis trepidatio di-
ci oporteret: ſed moralis de tranſgreſſione certi-
tudo, uel ſaltem opinio. Et idem uideť eſſe ſcru-
pulus, quod apud alios dicitur puſillanimitas, q̄ ē
tedioſa rerum aduerſarum iners, & inconſidera-
ta fracti animi deiectio. Eſt etiam timor fuga per
quam āguſtia mentis fluctuanti ex cōtrariorum
exſpectatione generatur. Iccirco ſecundum do-
minum Albertum in de quattuor coequeuis aſſi
gnatur differentia inter ſcientiam, fidem ſeu cre-
dulitatem, opinioem: ſeu dubitationem, ſeu am-
biguitatem et ſcrupulum. Nam ſcientia proprie
eſt eorū que cognoſcuntur per cauſam et ex pri-
cipiis que impoſſibile ē aliter ſe habere. Fides ſeu
credulitas eſt perfecta perſuaſio unius partis per
multa probabilia, uel per auctoritatem dicentis.
Opinio eſt acceptio unius partis cum formidine
alterius. ita tamen ꝙ ad illam quam formidat nō
habetur ratio expreſſa, formidatur tamē propter
debilitatem rationis alterius partis. Vnde Bern.
libro quinto ad Eugenium de conſideratione di-
cit. Opinio ē quaſi pro uero habere aliquid quod
falſū eſſe neſcias. Dubitatio eſt interminatus mo
tus ratōis ſup utranqꝫ ptem contradictōis. Sicut
ābiguitas eſt motꝰ ratōis ambiens utranqꝫ ptē cō
tradictōis p eq̄lia media. Scrupl's aūt ē ut dictū ē

el timor ha de ser tal q̃ aunq̃ fuera la voluntad de pecar ... confesion y salir del mar del mundo libre al puerto

& videtur idem eſſe cum ſuſpitione ex leuibus ſaltem procedente. Similiter idem videtur aliqñ eſſe ꝙ timor & puſillanimitas. Et ſic ſunt quinq; gradus īter p̄fata quo ad certitudinē. nā vltimū videlicet ſuſpitio mīmū habet certitudinis de ſe. dubiū fluctuat. opinio ad vnā ptē plus ſe q̄ ad aliam determīat. Fides ad vnā ptē ſimpliciter ſe firmat. Scientia cauſam videt. Vñ etiā ſanct⁹ Tho. & Pe. de pal. ſuper. iiii. di. xxxviii. Differentia eſt īter ſcientiam conſcientiā ſeu credulitatē: & ſcrupulū conſcīe. quia ſcīa eſt que habet euidentiā ſine formidine de oppoſito. et non eſt niſi veroꝝ. Conſcīa eſt ſūma credulitas de aliquo ꝙ ſit verū & eſt aliquādo veroꝝ, aliquādo falſorum. & ea ſtante ligat ad non faciendū contra eam. Nec refert vtrū qs ad talē credulitatē firmā īducitur argumento leui vel probabili. quia etiam hereticus qui leui argumento deuiat ā fide ligatur conſcīa erronea. licet tunc quando ex argumento leui oritur: debeat credulitatē abiicere, vel contemnere aut vīcere. vt docebit̉ infra capitulo. xvi. &. xvii. Scrupulus vero conſcīe eſt qui iā in pͥncipio huius capituli diffinitus eſt. Sunt preterea ſcrupulorum conſcīe qdā q īſurgunt ante factū. alii poſt factū ſolū īquietāt animū. ante factū īſurgit ſcrupulus diuerſis agibilibus, vel credibilibus: puta de licite eukariſtie ſacramentū ſumendo. de debitū ī matrimonio reddēdo: qñ dubitat̉ de īpedimēto

legittimo. De contractibus rerū tēporaliū practicando de clericis concubinariis vitandis: et ſic de aliis infinitis. Pari modo ex variis factis de preterito inſurgunt diuerſi ſcrupuli. Notandū etiam ꝙ ſcrupulus predictus a quibuſdā vocatur erronea conſcientia. ab aliis puſillanimitas. ab aliis timor conſcientie: que omnia pro eodē recipiuntur vel ſibi proxima ſunt. Eſt tamen erronea conſcientia duplex. Primo eorū qui nimis latā habēt conſcientiā: dicentes illud quod malū eſt eſſe bonū, & bonū viceuerſa malū. de quibus yſa. v. ait. Ve qui dicitis malū bonū, et bonū malū. ponentes tenebras lucē, & lucē tenebras. ponētes amarū dulce, & dulce amarū. Tales ſunt ſimiles illi q transire volens lignū tranſuerſaliter ſuper ripam poſitū, vt latius iter appareat: berillos oculis ſup ponit: ſicq; latitudinē fictā pede calcare volens in aquā cadit. Alia proinde conſcientia erronea eſt eorū qui nimis artā ſibi formant conſcientiā, aut ſcrupulos nimios: ſicut machabei putātes ſe trāſgredi preceptū de ſanctificatione ſabbati cōmittēdo bellū i neceſſitate ī die ſabbati. & mortui ſunt mille homines a gentibus occiſi. i. machab. ii. Tales ſunt frequenter illi qui de nouo ſunt conuerſi ad deū de peccatis, ſimiles illis qui per pontem ſatis latū habent ire. Iugū enī domini ſuaue eſt, & onus eius leue. Math. xi. & pſal. Pax multa diligentibus legē tuā domine: & latū mandatū tuū

nimis. quem tamen pontem mandatorꝝ dei magus aliquis ſtrictū ad puritatē ſimilitudinis fili aut calami apparere facit: qualis magus eſt diabolus qui hoc moraliter quibuſdā ſolet facere, pſerti quoniā uiā morꝝ p purius mediū reſpiciūt. ſ. ſtantib⁹ eis in tali propoſito & puritate ꝙ nec pro toto mundo, nec pro uita ſua deum uellent offendere.

¶ Capi. iii. q̄ picloſa ſit ſcrupl'oſe ꝯſcie tēptatio: et quomō differt ab aliis tēptatiōibus nouē modis.

p Orro hec paſſio ſeu tēptatio ſcrupl'oſe timorate ſeu arte conſcie, que ab aliis dicitur puſillanimitas, differt ī nouē ab aliis paſſionibus & tēptatiōibus ſeu defectibus anime propter que etiam plurimum ē dura temptatio. & mala plura quandoq; ex ea proueniūt. Primo quia quedā ſunt paſſiōes forinſece ſeu extrinſece ī mēbris exterioribus. quedam uero intrinſece et ī interioribus. & talis eſt puſillanimitas ſeu ſcrupuloſa conſcia. Vnde deutero. iii. Foris uaſtabit eos gladius, intus pauor. Secundo quia quedam ſunt quas non incurrit quis niſi ex paucis cauſis Hec uero cauſatur ex multis. ſecundum illud Iob. xiiii. Timebas nocte, et die: et undiq; terrebāt te formidines. Tertio quia quedam ſunt ſine magno periculo: hec uero ualde periculoſa eſt. quia eſt uia ad deſperationē. dicente beato Bernardo

Reprobis tribulatio parit puſillanimitatem.puſil-
lanimitas perturbationem.perturbatio deſperati
onem.deſperatio uero interimit. Experimur enī
ī talibus accidere erroneis, qđ euenit ei qui ꝑ mo
dicum lutum cauet tranſire: et exinde ī maius lu
tum incidit.ſic qui uult nimis uitare quod puſilla
nimitas reputat malum: aliquando cadit in mai⁹
debitum. &ita ei artatur uia paradiſi: ſic ꝙ per lu
tum uadit in infernum. Quarto quia quedā ſunt
interpolate: hec uero quaſi continua. Iuxta illud
deutero. xxviii. Timebis nocte et die, et non cre-
des vite tue, mane dices. quis mihi det ueſpam?
et ueſpere, quis mihi det mane propter cordis tui
formidinem. Quinto quia quedam ſunt facile ſa
nabiles: ab iſta uero cum uiolentia aliquem ſana-
ri oportet. propter quod pſal. tanq̄ ī ſignū ſpecia
liſſime gratitudinis ait. Qui ſaluum me fecit a pu
ſillanimitate ſpiritus, et tēpeſtate. Sexto quia que
dam uicia deprehenduntur manifeſte eſſe uicia,
ſed hec paſſio frequenter uocatur uirtus ab habē
te eam: eo ꝙ ſcriptura dicit. Beatus uir qui ſemꝑ
eſt pauidus. Et non cogitat hoc qđ alia ſcriptura
dicit eccle. vii. Noli eſſe puſillanimis ī animo tuo
zc̄. Vnde q̄to falſe putatur uirtuoſior: tanto eſt
periculoſior. Septimo quia quedā paſſiones aliis
non obſunt, ſed iſta alios multos nimis puſillani
mes & timidos reddit. Quo circa ſub tipo deut̄.
.ii. debellare uolentibus dicitur. Quis eſt homo

formidoloſus: et corde pauidus reuertatur in domū ſuam ne pauere faciat corda fratrum ſuorū.

¶ Octauo demones quoſdā paſſionatos plerūq; nō multum infeſtant: ſed per iſtam magis infeſtant· ſicut niſus & canis magis infeſtant beſtiolas timidas, vt lepores & ceruos. Sic etiam timiditas ſumme dat audaciā hoſti inſequenti. Vnde Seneca epiſtola. lxxii. Queādmodū pernicioſior eſt hoſtis fugiētibus: ſic oīe fortuitū incōmodū magis inſtat timenti ex aduerſo. Ideo dicit apl'us e diuerſo. vi. ad ephe. Confortamini in domino & in potentia virtutis eius. & poſt: ut poſſitis ſtare aduerſus inſidias diaboli: Innuēs p hoc ꝙ cordis cōfortatio multum valet contra demonū impugnationem. Eandē cauſam beatus Auguſtinꝰ in regula ſua de prelatis dicit. In omnibus ſeipſū bonorum operum prebeat exemplum. corripiat inquietos. conſoletur puſillanimes. ſuſcipiat infirmos. patiens ſit ad omnes.

¶ Nono paſſiones quedā ad operationem multū iuuant: vt ſpes & amor: ſed timor ſaltem inordinatus et magnus: qui eſt apud ſcrupuloſos multum impedit operationem. vt probat ſanctus doct. i. ii. q. xliiii. Tū quia rationem perturbat ne poſſit cernere verū: ſicut & ira. tum quia pigritiam inducit. tū etiam quia caſum corporis facit, & ab opere aliquo cepto ſtatim deficere. ſicut ſi quis incedat ſuper trabem in alto poſitā ꝓpter timorem de facili cadit.

non autem caderet ſi īcederet ſup eandē trabem in imo poſitam propter defectum timoris.

¶ Capitulum tertium quomodo ſcrupuloſa cōſcientia bona confert plurima.

u Erum licet ex p̄miſſis appeat q̄ ex ſcrupuloſa conſcia plura mala poſſint euenire: tñ qa tali annexus eſt timor de peccādo & ne offendat deus: Iccirco etiā mlta bona eā habēti poſſūt euenire. nā valet ne qs recidiuet in peccata. ualet ad refrenatōem ꝓprii corporis. ad deteſtatōem mūdani honoris. ad cognitōem ſue fragiliatis, & ad augmentum gratie & virtutis.
¶ Primo inq̄ valet ne qs recidiuet ī peccata. Vñ Hugo de ſancto victore libro tertio de aīa dicit. Si amor dei te tenere non poteſt: ſaltē terreat, & teneat te timor iudicii. met⁹ gehēne. laque⁹ mortis. dolor īferni. ignis vrens. vermis rodēs. ſulfur fetens. flāma tartari, & oīa mala. Ideo pſal. dicit. Seruite dño in timore, & exultate ei cū tremore. Vñ Caſſiodor⁹. Breuis & plena ꝯmonitio q̄ dño amabili de timore ſeruit. Nā ſicut remiſſa ſecuritas culpas admittit: ita timor deſiderabilis delicta ſemper excludit. Ideo etiā Iob nono ait. Verebar oīa opa mea ſciēs qa nō pcis delinquēti. Et eccleſia orat. Nō ītres ī iudi. cū ſer. tu. qa nō iuſtifi. in. con. ⁊c. & pſal. delicta qs ītelligit. et. Si iniqtates

obſeruaueris zc̄ ¶ Secundo ualet timor ꝯſcientie ad refrenationē ꝓprii corporis, quem petebat Dauid.d.Cōfige ti.t.car.m.a.iu.n.t.zc̄. ſuper quo gloſa. Ita imple me timore et perfice hunc timorē quē habeo, ut ſufficiat crucifigendis carnibꝰ, id eſt ut uelī & ualeā patibulū crucis tue imitari: carnes meas pro tuo nomine martyrii clauis figendas tradendo. Confige inquit carnes meas.i.cōprime carnalia deſideria, & carnales concupiſcentias. Ideo autem ait carnes. quia inde ſciebat preuaricationem prouenire. Et nota ꝙ ait cōfige.q.di. non ſolum religa ut latronē uel furē: ſed confige. qui enim diligit teſtimonia configit carnes. Ideo dicit timore tuo. quia timor legis hoc nō ualet efficere. Iam enī a iudiciis tuis timui. Hec glo. ¶ Tertio ualet ad deteſtationem mūdani honoris. Stricta enī conſcientia multis euenit ex amore et timore dei, quē offendere ſcienter etiam pro toto mundo nollent. Qꝛobrem Bernar. ī quodā ſermone ait. Cui chriſtus incipit dulceſcere, neceſſe eſt amareſcere mundum. Et Grego. in moralibus. Sancti uiri quia nihil huis mundi appetunt: multis proculdubio tumultibus in corde premūtur. Sic etiam ſcriptura dicit eccle.x. Gloria diuitū honoratoꝝ & pauperꝝ timor dei eſt. ¶ Quarto ualet ad cognitionē proprie fragilitatis. Experiuntur enī tales ſcrupuloſi ꝙ ſibiipſis non poſſunt ſufficere ad lumen ueriatis clare ītuendum. licet ī

aliis difficultatibus interdū ſint ſubtiliſſimi. Noui
ego quendā magne ſanctitatis & litterature uirū
optime memorie, et ī ſcholaſticis argumentis ual
de clarū, qui tamen tā ī horis dicēdis q̄ ī aliis ſcru
puloſiſſimus fuit: adeo ut quandoq̄ anteq̄ ſalu-
tationem angelicam ſemel finiret: etiā aliis ab ho
minibus ſequeſtratus illud quinquageſies reinci-
peret, ſemp timendo an uerba integre aut diſtin-
cte dixiſſet, licet ſatis uoce alta oraret. Hic reuera
proprie fragilitatis euidens habuit experimentū:
qui optime memorie exiſtēs anteq̄ tam breuē o-
rationem finiuiſſet, totiens ambigere cepit. Ideo
beat⁹ Bernardus ſup cātica ſermone.ix.ait. No-
ueris te ut deū timeas. noueris ipſū, ut ipſum di-
ligas. In uno iniciaris ad ſapiētiā: in alio cōſūma-
ris. quia iniciū ſapiētie timor dñi, & plenitudo le-
gis eſt caritas. Et queādmodum ad notitiā tui ue
nit ī te timor dei, atq; ex dei notitia incidit amor.
Sic econtrario de ignorantia tui ſupbia, & de dei
ignorantia uenit deſperatio. Alludunt prefate uti
litati etiam dicta philoſophica dicente Macrobio
ī de ſomno ſcipionis. De celo deſcēdit, ut ait qui-
dem. Gnothoſolitos, id eſt ſcito teipſum. Nā &
delphici hec uox fuit oraculi conſulenti cuidā ad
beatitudinem quomodo perueniret. Si te inquit
agnoueris. ſed & in ipſius fronte templi hec ſcri-
pta ſententia eſt. homini autem una eſt cogni-
tio ſui: ſi originis ſue exordia prima reſpexerit:

nec ſe extra qſierit. Sic eni aīa virtutes ipās ꝯſciā nobilitatis īduit̄ quibus poſt corpus eiecta vn̄ deſcēderat reportat̄. ¶ Quinto valet ad radicatōem & ꝯſūmationē gratie & virtutis. Nā pſal. ait. Iniciū ſapiētie timor domini. Quod declarat Caſſianus de inſtitutis patrū ſic dicens. Prīcipiū noſtre ſalutis & ſapiētie ſcd̄m ſcripturas timor domini eſt. De timore domini naſcitur cōpunctio ſalutaris. De cōpunctione cordis ꝓcedit abrenūtiatio. i. nuditas & contēptus omniū facultatū. De nuditate humilitas procreatur. De humilitate mortificatio voluptatū generatur. De voluptatum mortificatione extirpantur atq; marceſcunt omnia vicia. De viciorum compulſione virtutes fructificāt atq; ſuccreſcunt. De virtutum pullulatione puritas cordis acquiritur. Per cordis puritatem apoſtolice caritatis ꝑfectio poſſidetur. Vetus eſt ſancti Anthonii ſententia. Ratio autem dicti ī pſal. Inicium ſapientie timor domini eſt. qa timor cōſcientie quando eſt moderatus conſiliatiuus eſt. vt deducit ſanctus Tho. . i. ii. q. xliiii. Ex mente etiam philoſophi. quia vt idem tradit philoſoph9 ī. 3. ethi. Conſiliamur de magnis ī qbus quaſi nobis ipſis diſcredimus. Ea aūt que timorē īcutiunt non ſunt ſimpliciter magna: ſed habent quandā magnitudinem. tū ex eo quia apprehendunt̄, vt q̄ difficulter repelli poſſūt. tū etiā quia apprehendunt̄, vt de prope exiſtētia. Vn̄ hoīes ī timoribus

maxime querunt conſiliari. Veruntñ quando timor vel quecūq; paſſio eſt fortis & magna: vult quidē hō cōſiliari, ſed adeo perturbatur ī ſuis cogitatōibus q̄ conſiliū adīuenire nō poteſt. Vnde Tul'. de tuſ. q̄ſtio. Timor eſt excutiēs cogitata, & mentē a ſuo loco remouet. Si aūt ſit puus tīor q̄ ſollicitudinē conſiliandi īducat: nec multū rationē perturbat, tunc poteſt etiā cōferre ad facultatē bene conſiliandi ratione ſollicitudinis cōſequentis. Ideo prima pe. iii. iubet ſubditis dicens. Cum omni modeſtia & tīore cōſcientiā bonā habētes.

¶ Capitulū quartū ī quo quīq; cauſe ponuntur ſcrupuloſe conſcientie, & due declarantur.

Iſis natura timorate ꝯſcie: ac eiꝰ tā bonis q̄ malis effectibꝰ: videndū eſt de eiꝰ cauſis q̄ poſſūt eſſe q̄nq; videlꝫ cōplexio ad timorē idonea. egritudo maniaca, et melancolica. regiminis corporalis negligētia. tēptatio diabolica. & ſocietatis timidoꝝ aſſiſtētia. Q̄zq̄ vt ſupra precedēti pte. ii. ca. vii. patuit ſint alie cauſe poſite quedā ¶ Primo igit̄ aliq̄ñ ſcrupl'oſe ꝯſcie cā eſt cōplexio ad timorem idonea. Expimur enī frequēter frigide cōplexiōis hoīes, vtputa feminas vetulas. & melācolicos plurimū eſſe timoratos. ſicut ecōtrario videmꝰ iuuenes et ſanguīeos: ac viros eſſe magne ſpei. Cuiꝰ ratōem reddit ſanctꝰ Tho. vbi

ſupra. quia ſecundū damaſce. iii. Timor naturaliter cor conſtrīgit. ſicut & frigida conſtrīgunt, & congelationē faciūt: ad quem motū contractiōis imaginatio mouetur ad timoris diſpoſitionē: ita ut concipiat quis aliquod eſſe futurum malum, et per conſequens fugiendū. Econtrario aūt ſpes mouet cor ad dilatationem. et quia iuuenes propter caliditatē nature habent multos ſpirit9: ideo ī eis cor āpliatꝰ. de amplitudine autē cordis eſt ꝙ aliquis ad ardua tendat. et ideo iuuenes ſunt animoſi et bone ſpei. Et qa in feminis preſertī melācolicis, et ſimilibus ad timorē ſequitur cordis conſtrictio: conſequenter tremere incipiunt, et patiūtur plus mēbra cordi colligata: ita ut titubatio fiat in uoce propter uocalē arteriā: et tremor in labiis, et ī aliis mēbris. in cuius ſignū dicitur Mar. v. de ſanata a fluxu ſaguinis p ſecretū tactū fimbrie chriſti. Mulier timēs & tremēs ſciens quod factum eſſet in ſe, uenit et procidit ante eū. Prefatorꝶ etiā radicem tangit Alber. ut habes infra ca. viii. ¶ Secunda cauſa eſt aliquando egritudo maniaca & melancolica. quia queādmodum cōplexionis defectus timorē augere poteſt ſcrupuloſe conſcīe. ſic pariformiter infirmitas aliqua capitis preſertī mania, et melancolia: per quas quādoqꝫ leditur imaginatio. quandoqꝫ ratio, & quandoqꝫ memoria. ut tradunt Galli. et Auic. Eſt enī ut inquiūt mania infectio anterioris celle capitis cū di-

minutione imaginationis. Sed melancolia eſt infectio medie celle cũ diminutione rationis. Differũtq; iſti morbi ſolũ ĩ poſitione. Vterq; enĩ fit ex colera nigra. Freneſis autem fit ĩ retib⁹ que ſunt ĩ medio uentriculo cerebri: & ĩ cella ratõis. Et ut uideatur quõ tales infirmitates aliquando imaginationẽ turbant: aliquando etiã memoriã, et quãdoq; ratõis iudiciũ. Iccirco diſtĩguens Galli. inter maniam & melãcoliã: refert de quodã melancolico, qui cũ deberet cuſtodire uaſa uitrea dñi ſui: uidit amicũ trãſeuntẽ: et dixit ei. vis uaſa uitrea? qui reſpõdit volo. ꝓiecit ille uitrea uaſa ĩ terrã: & fracta ſunt. in quo nõ fuit imaginatio leſa. qa cognouit amicũ, ratio uero fuit leſa. qa neſciuit uaſa fragilia. Refert iterꝫ de alio mãiaco, q cũ fugeret patrẽ, et pater eũ ſecut⁹ eſſet: cõuerſus ad patrẽ ꝑcuſſit eũ. Cui pater. Fili. q̃re uerberas patrẽ? Et ille plorãs cecidit ad pedes patris: et ueniã petiit. in iſto fuit leſa imagĩatio. qa nõ cognouit patrẽ ſuũ: ratõ uero non fuit leſa. qa ſciuit qa nõ licuit uerberare patrẽ. Et qa ĩ mãiacis ut idẽ ſubdit et melãcolicis fit ĩmutatio ſenſus. ideo mãiacorũ qdã plãgũt. alii ſaltãt. alii ſtultiſſima q̃ſi ueriſſima opinant̃. Vñ timent ſe tãgi ne rũpant̃. credũt ſe nõ hr̃e caput. ranas ĩ uẽtre portare. demões uidere, aut hr̃e. Melãcolicoꝝ aũt qdã pigritiã habẽtes & grauedinem: amãt ſolitudinẽ, & obſcuritatẽ, & ab omibus remotionẽ, imo cõmunia quedam

ſunt oībus melācolicis, & vltīa et ſempiterna: ſic
triſtitia. timor de re nō timēda. certificatio terribi-
lis rei & timoroeſe, et eſt ſenſus rei q̄ nō ē. Itē me
lācolici plorāt. triſtant̄, timēt, anguſtiāt̄: ſuſpitōſi
ſūt. multū dormiūt. iacēt ī monumētis. qdā mul
tū cōmedūt: et ſi ſemel retrahunt̄ oībus dieb⁹ de
ſpant. Et quidē oībus ꝓpriū eſt ꝙ ſunt medicine
deſiderātiſſimi. Fiūt aūt et cauſantur tā mania q̄
melācolia ꝓprie ex melancolicis cibis, ex triſtitia:
& timore, aut ex retentōe ſanguīs fluere cōſueti.
aut ex nimia cerebri īfrigidatione, & deſiccatōe:
aut ex corrupto ſemīe ī viris, aut mēſtruoſo ſan-
guīe corrupto ī feminis. Cauſant̄ p̄terea ex īordi
natis vigiliis. ieiunio, ſtudio. ſollicitudine ſeu ſoli
tudine ac cogitatōe ꝓfunda. Quidā etiā ī p̄fatis ī
firmitatib⁹ plus laborāt in defectu lune. ꝓpter qđ
etiā dicunt̄ energumini vł lunatici. Hec ex medi-
coꝝ corporaliū diſciplīa dixerī: vt cās timoris q̄ ī
omī ſcrupł̄o ſit cōſcīa locū habere poſſūt, medic⁹
aīe videat, & morbo aīe facili⁹ ſuccurrere valeat.
Vult idē beat⁹ Grego. ī paſtorali ca. iiii. di. Non-
nulli leti vel triſtes nō reb⁹ ſupple illatis fiūt: ſed
conſperſionibus .i. complexionibus exiſtunt, qui
bus profecto intimandum eſt, ꝙ quedam vicia
quibuſdam conſpeſionibus immixta ſunt.

¶ Capitulo quinto reſidue tres alie cauſe conſci-
entie erronee declarantur.

III

TErtio cauſatᷣ aliquādo ſcruplᷓoſa ꝯſcia ex
tēptatōe diabolica. Eſt enī(cū diuina ꝓui
dentia ꝑmittit ut tota cohors tradit theo-
theologoꝝ) ī poteſtate demonis mouere melan
colicos humores in homine per quos cōmuniter
imaginatio uel ratio errare poteſt, aut turbari ad
timorē īordinatū vt antea dictū eſt. Refert idem
Auicēna li.iii. de melācolico morbo dicēs. Qui-
buſdā medicis viſū eſt ꝙ melācolia cōtingat a de
mone: ꝙ ſi contīgat a demonio, ſufficit nobis di-
cere ſcꝫ vt cōuertat ꝯplexiōem ad cololerā nigrā:
et ſic cauſa eius propīqua eſt colera nigra. ſiue ſit
cā illiꝰ colere nigre demoniū, aut nī demoniū. Cō
firmat idem auctoritas euangelica que tradit ieſū
lunaticos curaſſe. Matħ. iiii. & ibidē. xvii. ac Lu-
ce nono. Curauit vnicū patris filiū quē ſecunduꝫ
glo. tēpore lune noue affligebat demon: ut lunā
odibilē hominibus faceret, cuius lumine hoīes af
fligēs ad inſaniā perducere videretur. Super quo
dominus Albertus inquit. dici poteſt & melius:
ꝙ licet ſpiritus īmundus huius afflictionis fuerit
principiū: tamen in affligendo humidum habuit
corporis, & maxime capitis humidum pro vexa
tionis inſtrumento. Et quia in nouilunio corrup-
tum ī capite augmentabatur humidum: ideo in
nouilunio plus torquebatur demoniacus luna:
& ideo lunaticus dicebatur. Luna enim hanc vir-
tutem habet in ſuo lumine ꝙ mouet humidū:

& corrūpit humidū: qđ putrefactioni eſt paratū. Et ideo periculoſa ſiūt apoſtemata animaliū, que de nocte lumini lune exponunť. Hec ille. Cōſtat igiť ꝙ demon ſepe timorem īordinatū cauſat ut hominem tedioſū, et perplexū faciat. ut tactū fuit ſupra pte ſecūda. ca. vi. ¶ Quarta cauſa eſt regiminis corporalis negligentie. Q2uis enim longe maior ſit habenda cura anime q̄ corporis: tamen non eſt negligenda cura corporis. Dicit enī apoſtolus Ro. xii. Obſecro uos fratres per miſericordiā dei, ut exhibeatis corpora ueſtra hoſtiā uiuentem ſanctam deo placentem. rationabile obſequium ueſtrū. Et prima thi. vi. Neſcitis quia corpora ueſtra mēbra ſunt chriſti zč. Cū aūt conſtet ex prima cauſa timorate conſcīe aliquā intrare melancoliam, & errorem in imaginatione, et ratiōe: quando in cibis et aliis, ut in aere ſe non regit debite. Iccirco qui ſibi ī talibus nō rationabiliter precauēt: uidentur mēbra ſua accōmodare īiuſtitie. Quo circa apoſtolus ad ro. vi. ait. Nō regnet peccatum in ueſtro mortali corpore, ut obediatis cōcupiſcentiis eius. ſed neq; exhibeatis membra ueſtra arma īiquitatis peccato. ſed exhibete uos deo tanq̄ ex mortuis uiuentes: & mēbra ueſtra arma iuſtitie. Sunt igitur plura que ſtoliditatē & amētiam ac errorem inducunt ſenſibus, uidelicet crapula & ebrietas. De quibus Luce. xxi. Attendite aūt uobis ne forte corda ueſtra grauentur crapu-

la.i.cruda epula & ebrietate. Et Auic.dicit.li.iii.
de ſtoliditate & amentia. Nihil eſt magis inimicũ
ſenſui, q̃ repletio ex cibis & hũiditatibꝰ. Et eccle.
xxxvii.dicit ĩcreata ſapientia. Noli auidus eſſe in
omni epulatõe, et nõ te effundas ſup omnẽ eſcã.
In multis enĩ eſcis infirmitas et auiditas appropĩ
quabit vſq; ad colerã. Propter crapulã multi pie-
rũt. qui aũt abſtinens eſt adiiciet ſibi uitã. Tradũt
ĩſuper philoſophi q̧ cũ melancolie paſſio habeat
accidentia timoroſa et piculoſa: Iccirco in eis au-
ferẽdis ẽ ſtudendũ ut cõtra ſuſpitõem ĩtroducat̃
ſocialitas. cõtra corruptã imaginatõem, fida ratio
nalitas, et memoria ſuſpecta ſolerti ingenio aufe
ratur. Accidentia ſimiliter corporis, puta uigilie,
ſtudiũ, ieiuniũ. ſollitudo, cogitatio ꝓfunda nõ mi
mus ſunt auferenda ab eis, qui talia irratõabiliter
exercent. Volunt hec uerba diſcretiſſimi et abſti-
nentiſſimi. Hiero. quibus ſic dicit. Nõ mediocri-
ter errat, qui magno bono p̃fert mediocre bonũ.
Nõne rationalis homo perdit dignitatem ſuam,
qui uel ieiuniũ caritati, aut uigilias prefert ſenſus
integritati. quando per ĩmmoderatã abſtinentiã,
aut ĩdiſcretã pſalmoꝝ uel officioꝝ decantationẽ
aut amẽtie, aut triſtitie.i. melancolie, que triſtitiã
inducit: incurrit notã? Audiant itaq; qui neceſſa-
ria quoq; corpori ſubtrahũt illud quod p ꝓphetã
dominus loquitur. Ego dominus odiens rapinã
in holocauſtum. De rapina holocauſtũ offerunt:

qui vel temporaliū bonoꝝ ſiue ciboꝝ nimia ege ſtate uel ſomni penuria corpus ſuū affligunt. Vi deāt itaqꝫ qd apl's dicat. Carnis curā ne feceritis ī deſideriis. Quinta cauſa timorate ac ſcrupuloſe conſcīe ē aliqn̄ ſocietatis timidoꝝ coaſſiſtētia. nā vnus timidus & ſcrupuloſus aliū facit ſcrupuloſū. In cuius figura vt ſupra tactū eſt bellaturis iſraheliticis: ſic deꝰ exercitui p̄clamare iuſſit. Quis eſt homo formidoloſus, & corde pauidus: uadat et reuertatur ī domū ſuā: ne faciat pauere cor fratrū ſuoꝝ, ſicut ille pterritus ē timore. Sic etiā gedeoni p̄liaturo dn̄s ait. loq̄re ad ppl'm, et cūctis audientibꝰ p̄dica: & qui formidoloſus ē & timidus reuertat̄. Vbi glo. formidoloſus eſt q adoleſcētis vicio anq̄ videat mala: ſola cogitatōe terret̄, gelidā p mēbra formidinē voluēs: vt nō tā ꝯſpectu malorū q̄ auditu & expectatōe ſoluat̄. Iō iuxta literā. formidoloſus corde dicitur. In corde enī et ī interioribꝰ animi defixū manet hoc viciū. Timidus aūt ē q p̄mo aſpectu ad ingreſſū trepidat: nō tn̄ toto corde terret̄, ſꝫ repari: et aīari denuo pōt.

¶ Capitulum ſextum docet medicari morbum ſcrupuloſe conſcientie: & cauſas morbi aſſignat aliquas: et de hoc ponitur regula prima.

ASſignatis cauſis formidoloſe ꝯſcīe reſtat videre de ꝯditōibꝰ q̄s hr̄e dꝫ medicꝰ aīe. puta

prudens confeſſor aut conſiliarius: vt curet erroneū in ſcrupulis. Habeat igitur qnq; videlicet naturam morbi, et cauſas conſideret. infirmū talem non faciliter dure corripiat. ſpem de curādo morbo egroto tribuat. pīcula niſi ſequatur medicū īſinuet, & reglās ſcrupulū deponendi īdicet. ¶ Primo inq̄ naturā morbi et cauſas ꝯſideret tactas ſc; vt ī p̄cedenti capitulo. Aut enī ſcrupulus veriſimiliter a cauſa vltima aut ā. 3. aut ab aliis tribus originatus eſt. Si ab vltima ſcrupulus cauſatus eſt videlicet a ſocietate ſcrupuloſorū ſeu ab eoꝝ doctrina incauta: cauendum eſt pro tanto ab eis velut ab errantibus ī hoc. Dicit enī Criſo. ſup pſal. Rerū natura ſic eſt: vt quotiens bonus malo coniūgit̄: nō ex bono malus meliorat̄: ſ; ex malo bonus ꝯtamiat̄. Diuerſitas enī rerū nunq̄ p̄t habere ꝯcordiā & multos ſollicitat ſocietas nephāda. Ad idē ē beatus Bern. dicens. Vicioſus ꝯſciam vicio ſorum non refugit. & vbi omnes ſordent, vnius minime fetor ſentit̄. Quo circa Seneca ī epiſtola quadā. Nulla īquit res magis animi induit honeſtatem, & in prauū inclinabiles reuocat ad rectu; q̄ bonorum virorum conuerſatio. paulatī enī deſcendit in pectora, & vim preceptoꝝ optinet frequenter aſpici, frequenter audiri. & iterum conuict⁹ delicat⁹ paulatī eneruat et emollit: neceſſe ē enim ut imiteris aut odens: vtrunq; autē euitandū eſt. Ne aut ſimilis malis fias. quia multi ſunt.

multis ſtetet del y [illegible] gecca dor Lazaro en aquella Casa reli giosa

ne uel īimicus multis: q̄a diſſimiles ſunt. Cū his
ꝯuerſare qui te meliorē facturi ſūt. Illos admitte,
quos tu poteris facere meliores. ¶ Si aūt ſcrupl'o-
ſitas uideat' ſurgere ex tertia cauſa, uidelicet ex di-
abolica temptatiōe: ſuccurrēdum eſt per deuotā
orationem et per ſollicitam cautelam, ne comple
xio aut naturalis corporis morbus demoni cedat
in inſtrumentum temptādi. Dicit enim Yſi. libro
tertio de ſūmo bono. Diabolus quādo quēpiam
decipere querit prius naturam uniuſcuiuſq; attē-
dit: & inde applicat unde aptū hominem ad pec
candnm īſpexerit. Idem beatus Gregorius libro
.xxix. morali. ſic pandit. Prius cōplexionem vni-
uſcuiuſq; antiquus hoſtis proſpicit: & tunc tēpta
tionis laqueos apponit. Alius nāq; letis, alius tri-
ſtibus, alius timidis, alius elatis moribus exiſtit.
Quo igitur aduerſarius occulta facile capiat uici-
nas cōplexionibus deceptiones parat. quia enī le
titie uoluptas inſita eſt: letis moribus luxuriā pro
ponit. Et quia triſtitia in iram facile labitur: triſti-
bus poculū diſcordie porrigit. et quia timidi ſup-
plicia formidant: pauentibus terrores intentat. et
quia elatos extolli laudibus conſpicit: eos ad que
cunq; uoluerint blandis fauoribus trahit. Singu-
lis igitur hominibus uiciis conuenientibus inſidi-
atur. neq; enim facile captiuaret, ſi aut luxurioſis
premia, aut auaris ſcorta preponeret. ſi aut vora-
ces de abſtinentie gloria, aut abſtinentes de gule

lubricitate pulſaret. ſi mites per ſtudium certami nis/aut iracūdos capere per pauorem formidinis quereret. Ob hoc etiam philoſophus. ii. ethicoꝝ. inter regulas quas pro uirtutum inſertione dedit conari iubet. ut quiſqꝫ contra illud uicium uigoro ſius pugnet: ad quod ſe plus aut cōplexione/aut cōſuetudine titubari experitur. Qꝫ autem demo- nē debilitet oratio docet beatus Auguſtinꝰ. Ora- tio inquit eſt anime ſancte preſidium. angelo bo- no ſolacium. diabolo ſupplicium. deo gratū ob- ſequium/& penitentie religionis laus. ſpes certa. & ſanitas incorrupta. Hec uirtus orationis eſt/ que facta pro cananee filia demonium expellere potuit. Mathei. xv. ¶ Si uero ſcrupuloſitas fo- mentum capiat a prima ſecūda et quarta cauſis: dicunt quidam expertiſſimi in tali negocio theo- logi cōſilium habendum eſſe corporalis medici. Ideo eccle. xvii. Dicit et̄na ſapiētia. Honora me- dicum propter neceſſitatem. Etenim creauit illū altiſſimus. A deo eni eſt omnis medicina. Et ite- runm altiſſimus de terra creauit medicinā. & uir prudens nō abhorrebit eam. Vbi glo. Diſcretos uult nos eſſe in omnibus. quia opera dei ſunt bo na ualde. Vn̄ nō debemꝰ ea ſpnere q̄ conſtat cre atorē ad utilitatē noſtrā feciſſe. Sic fecit Ezechias pfectiſſimꝰ. & illud ſibi fieri pmiſit ī ſua egritudīe yſa. xxxviii. ubi dr̄. Iuſſit Yſa. ut tolleret maſſam de ficis/et kathaplaſmaret. ſup uulnꝰ. ſ. Ezechie:

titubear, q̄ es

vt ſanaretur. Nam glo. dicit. Aquila et Symach⁹ vlc⁹ morbiū regis īterpretati ſūt. Alii nō vlc⁹, ſed apoſtema ſuſpicati ſunt: cui iuxta artē medicoꝝ ſiccis ficis & contuſis ſubuenitur: quibus ſanies ī ſuperficie cutis prouocatur. Quomodo igitur timoroſi & erronei a ſcrupulis medicinaliter ſubmoueri valeant: videantur ea que dicta ſunt ī ſecūda cauſa precedentis capituli, et de cibo eorum potu, paſſionibus anime, ſomno, vigilia, ſtudio et ſimilibus. ſequat̃ qs medicū tpalē bonū, et deū timentē. Nō tñ putet qs ī omib⁹ ſequēdū eſſe quē libet medicū ꝑ quē nobis vita interdū prolōgari poſſit. Dic. n. beat⁹ Ambroſius ſup pſal. xiii. Cōtraria diuine ꝯditiōi ſūt p̄cepta medicīe. a ieiunio reuocāt. lugubrare nō ſinūt. a bona ītentione meditationis abducūt. Nec ſemꝑ terreat̃ quis verbo Hieronymi dicētis. Nō differt vtrū magno uł ꝑuo tempore te interimas: quod moderate exponendum eſt: vt ſequenti capitulo declarabitur.

¶ Capitulū ſeptimum ꝙ in exercitiis corporalibus: vt ieiunio, abſtinentia non ſemper oportet mortē timere: ſed corpus debet caſtigari acriter.

INterea ne qs corpori cōtra ſpiritū plus q̄ decꝫ īprouide īdulgeat: iccirco ꝑ ītellectu p̄fate Hieronymi auctoritatis aīaduertēda eſt ꝯcluſio cancellarii pariſieñ. Magiſtri Io. de

Gerſono cū ſuis declaratiōibus. licet inquit agere multa ſiue tēporalia, ſiue ſpiritualia: per q̄ abbreuiat᷑ vita corporalis. aut īcurrit᷑ īfirmitas: dū tñ iͣtentio hominis nō directe & īmediate ferat᷑ ſup eo quod ē abbreuiare vitā, uel īfirmitatē īcurrere tanq̄ ſup finē vltimū: quodqꝫ nō fiat ꝑ fine ꝓhibito queādmodū deſperantes, ut ſtoici conſulebāt. De his enī ītelligitur auctoritas Hyeronymi. dicens. Nō differt vtrū magno uel ꝑuo tēpore te īterimas ¶ Qꝫ aūt ī multis liceat abbreuiare vitā & īcurrere infirmitatē modis tactis patet. Primo quia ſi nō: īnumere ſequerentur abſurditates. ſ. ꝙ ſtudendū eſſet cuilibet medicinā. Itē ceſſare deberent laboratores, curſores. milites precipue, & alii huiuſmodi ab exerciciis licitis. Itē diuites deberent ꝓuidere pauperibus in cibis. Et ſi pro iſtis corporalibus licenter morti ſe qs exponat: ergo a fortioribus pro ſpiritualibus acquirendis, ſeruandis et recuperandis. ergo concluſio vera. Ex quo patet ſtatutū karthuſieñ. de carnibus ſimpliciter nunq̄ cōmedendis eſſe licitū. Seruet᷑ tñ illud Oracii. Eſt modus ī rebus ſunt certi deniqꝫ fines. Vltra quos citraqꝫ neq̄t conſiſtere rectū. Virtus enī non ī medio īdiuiſibili, ſed ī tanta latitudie conſiſtit: vt ſignū ad ſagittā. et illud mediū ſapiens aſſignabit ſecundū philoſophū. Ideo virtus quā experientia gignit certius q̄ ars opatur. et illud mediū īuenit, q̄q̄ ars & doctrina multā cōferāt com-

moditatem ſtudentibus ī exercitio uirtutū ¶ Sed veniamus ad bōa ſpūalia uirtutū, et enumerem⁹ expedibiles rationes ꝓpīquas, ꝓpter quas licitum eſt uite huius moriendo detrimentū pati. Primo ad obediendum deo. ſecundo ad ſatiſfaciendum pro peccato. Tertio pro iuuamine proximi caritatiuo. Quarto pro euitando graui ſcandalo. Quinto ad acquirendū uirtutes ī ſe, uel in alio ad exercitium pro extirpatione uiciorum, ut carnis habeatur ad ſpiritum ſubiectio. De primo notū eſt ꝙ deus poteſt hec precipere, uel ad hec ſpecialiter īſtigare. ut ī martyribus & in Sampſone: īmo vbi quis quereretur ad mortē, quia chriſtianus eſt: et non obligaretur ſe prodere. poteſt tamen in caſu publice ſe morti offerre, ſicut plures ultro ſe obtulerūt. uelut legio. x. milium martyrum. et beati Mauricii ſocietas, ac alii ¶ Tamen hic neceſſaria ē diſcretio, ut quando & ubi. quia chriſtus iuſſit pſecutionē fugere de una ciuitate in aliā. unctio docet iſta. Secunda ratio. qa ſatiſfactio et iuſtitia ſepe iubent multa fieri per que abbreuiatur uita. ut patet de penitentiis publicis & occultis. et iuſtiſſimū eſt iſta deuote ſuſcipere. De cōdemnato quidem ad mortem publice et iuſte dicunt quidam ꝙ poteſt fugere. alii non. Et probabiliter tradunt oppoſitum ꝙ remanere tenetur ne uiolet iuſtitiā & ſententiā. tamen quicquid ſit non dubium eſt quin talis meritorie poſſit remanere, & exſpecta-

re mortē meritā. imo ut̄ uidetur non impoſſibile
eſt hominē adiudicari poſſe ut ſe perimat per ſe:
quod alteri facere licet. Cur igitur nō poterit quis
pro peccatis enormibus quibus meruit mortē e-
ternam temporalem ſuſtinere penam? Igitur ſa-
tiſfaciant hi pro peccatis preteritis & preſentibus
ſuis, et aliorum pro tempore miſericordie: ut eui-
tetur infernus. ¶ Tertiam rationem aſſignam⁹ ca
ritatem erga proximū imitatricem chriſti, qui lan
guores noſtros portauit. Sic ſanct⁹ Paulinus No
lanus epiſcopus ꝓ uidue filio ſe pagano in ſeruū
dedit. & ſanctulus pro diacono morti ſe expoſu-
it. hac de cauſa ſūt religiones inſtitute pro ſatiſfa-
ciendo pro ſe et pro aliis. Et tales ī corpore miſti-
co eccleſie tenent locū plangentiū. Igit̄ ſi merces
magna eſt ꝓ aliis penā ſuſtinere: licet cōſequēter
uitā abbreuiare. Animaduertite igit̄ de plurib⁹, p̄
ſertim de uirgīe Anthiocena, ac milite de quibus
loqtur Ambro. libro de uirgi. Cur igitur carebūt
premio dicti religioſi, qui ſepe purgati ꝓ aliis du-
ra corporis ſuſtinent exercitia, et quodā modo a-
nimā ſuā ponunt. Iſtud eſt officiū eccleſiaſticoꝝ.
Vn̄ arma clericoꝝ ſunt ieiunia et lachryme. ¶ In
q̄rta ratōe ponit̄ euitatō ſcādali: ꝓ quo etiā mors
ſubeūda eſt. Si eſca iqt apl̄s ſcādalizat fratrē meū
nō māducabo carnes ieternū. Vn̄ ponat̄ q̄s corā
idolo offerētib⁹ idolatica edēda habere, et nō alia:
querit̄. nunq̄d prius eliget mortem q̄ ī ſcādalum

fidei talia cõmedere, et puſillos ſcãdalizare: vt Eleazarus ſcriba cõſtantiſſim⁹ feciſſe legit᷑. et Math. vi. Qui carnes porcinas nec vere nec apparenter guſtare voluit. Ad hoc precipue reſpexit apl's cũ ait. Caſtigo corpus meũ, et ĩ ſeruitutẽ redigo: q̃tũ ad refrenatõem: ne forte cũ aliis p̄dicauero: ego ipſe reprobus efficiar. Iſte heu modus ĩ perpaucis inuenit᷑: ſed pleno vẽtre & burſa referta chriſtus predicatur. Iccirco non ĩmerito eis dicitur. medice: cura teipſum. Ex qbus etiam ſequit᷑ ꝙ ĩ predicatoribus & curatis magis reqritur vite auſteritas & exẽplũ. Infertur preterea ꝙ Carthuſiẽſis in extrema neceſſitate poteſt abſtĩere a carnib⁹ ſine peccato. tũ qa fratres preſentes vel abſentes ſcandalizaret. tũ quia ĩſtitutum eſt: vel quia non ſufficienter firmi tẽptabuntur etiã extra neceſſitatẽ ita facere. Plures aiũt ꝙ non ſolum non poſſunt ſine peccato: ĩmo tenentur abſtinere propter ſcãdalũ. Plus enĩ eſt anima ꝓximi q̃ corpus. & eſca q̃to magis aĩe: ĩmo tota religio, vt qd pro mẽbro pereunte totũ corpus miſticũ detrimentum patiatur. quomodo daret totum vite florem pro fratribus, qui tanta cupiditate partem marcidam cũ alioꝝ detrimento detinere conatur. Non eſt miles ſtrẽnu⁹, qui ſtatĩ poſt plagas a prelio recedit. Sanctus etiã Martin⁹ moriturus in cinere, & ĩ cilicio recumbens ꝓ lecto: cũ peteretur ab eo vt ſibi ſineret vilia ſtramenta ſupponi. Reſpondit. non

decet ingt filii chriſtianū niſi ī cinere et cilicio mori. Ego ſi vobis aliud exēplū reliquo/ipē peccaui. Vbi autē nullū eſſet ſtatutū etiā ppetuo aſtrictus voto q a carnibus abſtineat in tali neceſſitate ſoluere teneret. Quia nulla lex aut conſtitutio pure humana poteſt abſoluere/ vel excipere: uel īſtituere q nō obſeruetur lex diuia que dicit. Nō occides. & paſce fame morietē: ſi nō pauiſti occidiſti. Nec ad ſe minus q̄ ad alios preceptū illud extēditur. tamen quia raro: vel quaſi nunq̄ iſte neceſſitates debite concurrūt. Ideo ratiōabile eſt ſtatutū Carthuſien. Cōſtitutio etiā generalis eccleſie eſt de non eſu carniū ī die veneris/ ſine exceptōe regulariter nō obligat. tamen in extrema neceſſitate. īmo nec excuſaret ab homicidio ſi ſe ul aliū mori pmitteret: vbi viuere poſſet niſi ppter g̃ue ſcādalū/ vt dictū ē. et de votis ſimile ē argumentū. Quīto ppter acqſitōem virtutū/ & exterminium viciorū debilitare poſſumus corpus: imo vitā abbreuiare fas eſt. Salomon enī propoſuit a vino abſtrahere ſuā carnē/ut trāſferret animā ad ſapiētiā. Daniel & ceteri idem fecere pphetarū/ vt abiles eſſent diuinis reuelationibus. Proinde tradūt illud in contēplatione expti nō poſſe animā ex egypto tenebrarū ad lumen terre pmiſſionis peruenire: niſi p deſertū fortis cōtritionis corporalis. que etiā a licitis abſtineat. et ſcdm beatū Greg. nemo nouit apprehendere qd vltra ipſum eſt: niſi

ſe eleuet a carnalibus &corporalib⁹. ꝓpter idem ipſe ĩ maxima egritudine extitit. Inde ē tanta caritas contemplatiuoꝝ: qa omnes contritões corporis refugiũt. Exigit̃ qppe talis ſobrietas nõ ſolũ q̃ peccatũ exterminet & ſeruet mandatũ: ſed multo aſperior. quia per talia dilatatur cor ad ſuperiora contemplanda.

¶ Capi. viii. declarat̃. ii. et. iii. doctrĩa medico morali neceſſaria. & multipliciter oſtendit̃ ꝙ ĩ deũ ſine inordinato timore ſpare debemus.

SEcunda doctrĩa morali medico neceſſaria, eſt ut timidũ & ſcrupuloſum non faciliter dure corripiat. Nã ut dicit Ioh. de cãba. libro ſuo de cõſolatione theologie. In multoꝝ taliũ timoratis ↄſcientiis nihil q̃ſi mali culpe eſſe uidet̃: ſʒ ſolũ error ĩ ĩtellectu ſeu apphenſiua virtute, et multũ de pfectione .ſ. de timore & amore dei. Vñ non ſunt deridendi talẽ infirmitatẽ habentes: ſed magis laudandi. utpote quos adeo urget caritas, & filialis timor dei: ꝙ ꝓ toto mũdo nollẽt deũ ſciẽter offendere pctõ mortali. licet timor uehemens deum offendendi: & dubitatio de agendis nõnullos huiuſmodi ĩtantum ꝑturbet ꝙ leprã uel morbum grauiſſimum alium eligerẽt, ut a tali eſſent ĩfirmitate ſupportati. quibus ob hoc multum cõpatiendum eſt. per duram enim inuaſionem terrentur amplius: & morbus aut non medetur, aut inualeſcit amplius. Vnde

beatus Petrus.i. pe.iii. tales benigniſſime conſo-
lans ait. Filie benefacientes et nō timentes ullam
perturbationem : uiri ſimiliter cohabitantes ſecū-
dū ſcientiā quaſi īfirmiori uaſculo muliebri imper
tientes honorē tanq̄ coheredibus gratie uite. Ta-
liū piiſſim⁹ fuit medicus dei filius de quo Math.
xii. allegatur uaticiniū. Yſa. xlii. Ecce puer meus
quē elegi. dilectus meus, in quo bene cōplacuit a
nime mee. & ſequit̄. Nō contendet, neq; clama-
bit, neq; audiet aliquis in plateis uocē eius. Arun
dinē quaſſatā non conteret, & lignū fumigās nō
extiguet donec eiiciat ad uictoriā iudicium. ſuper
quo beatus Hiero. ait. Qui peccatori non porri-
git manū, nec portat onus fratris ſui : iſte quaſſa-
tū calamū confringit. & qui modicā ſcintillā con-
tēnit fidei in paruulis : hic lignū fumigans extin-
guit. Dat ſimilē doctrinā bea. Grego. lib. ii. paſto.
ca. iiii. dicens. Aliter āmonedi ſunt leti. atq; aliter
triſtes. uidelicet letis inferenda ſunt triſtia, q̄ ſequū
tur ex ſupplicio. triſtibus uero īferenda ſunt leta,
q̄ promittuntur ex regno. Diſcant leti ex minarū
aſpitate qđ timeant. audiāt triſtes premiorꝝ gau-
dia, de q̄bus preſumant. Illis quippe dicit̄. Ve uo
bis qui ridetis nunc: q̄a flebitis. Iſti uero eodē ma
giſtro dicēte audiāt, iterꝝ uidebo uos. & gaudebit
cor ueſtrū, et gaudiū ueſtrū nemo tollet a uobis.
¶ Tertio moralis medic⁹ ſcrupl'oſo egroto de cu
ra ſpem tribuat. Cōſolari debet enim, ut dicit vbi

ſupra .Io.de cāba. ꝙ maximi viri hac infirmitate ſcrūpuloſe ꝯſcie laboraſſe viſi ſunt. qui tandē curati fuerūt ī toto vel ī parte: quorū ꝗplures magni doctores ī ſacra pagina effecti in ſuis didicerūt vulneribus, quomodo alienis mederi poſſent. laborent: vt bonā ſpem habeāt & audaciā laudabilē conſiderando id quod docet ſanctus Tho .i.ii. q.xlv.per phm.ii.rethorice qui dicit ꝙ cauſa audacie eſt cū ī fantaſia fuerit ſpes ſalutariū, vt prope exiſtentiū.timendoꝝ aūt: vt non exiſtentiū: aut longe exiſtentiū. Vnde ꝗcunqꝫ ſunt nata cau ſare ſpem vel excludere timorē: ſunt cauſa auda cie, eo ꝙ audacia timori opponitur. Eſt ecōuerſo ſpes appetitus excellentis boni cū fiducia optinē di: & hec naturalis animoſitas conſtantia ſeu audacia non equaliter omnibus ineſt hominibus: ſi cut nec timiditas. Vn̄ dic̄ Alber. ſup.iiii.di.xxx. ꝙ huiuſmōi animoſitas nō ſequit̄ ſpem: ſed potius cōplexionē ſicut timor melācoliam, & huiuſmodi. Eſt eni melācolia ſicca terrea, & frigida habens euaporatiōes nigras ad cerebrū liquidū quibus īprimuntur terribilia fantaſmata: & eſt in eis calor nō ſufficiēs ad calefactōem cordis et ſangui nis: & cordis motū. ſcd̄m dyaſtolon & exſufflationē ſanguinis, & ſpirituū ī membra exterioa & corpus. & ideo manēt deſtituta frigida, et timida refugiente ſanguine ad cor, & ſtante ibi. Et cum hec cōplexio nō ſit ī omnibꝰ: nō oportet ꝙ omēs

equaliter ſint cōſtantes vel timidi. In mulieribus aūt eſt multū timida cōplexio ꝑpter debile calidū & vincens humidū. in quo cito ꝑfundantur terribilia. & calidū debile nō ſufficit calefacere cor et ſanguinē vt prius dictū eſt. Vnde omnis mulier naturaliter ē timida niſi ſit ꝑ accidēs, vt virgines q̄ non timent. Hec Alber. Siquidē nimia triſtitia deiicit a bonis animū. teſte Salomone ꝓuerb. xv. dicēte. In timore animi deiicit̄ ſpirit⁹, et ecōuerſo ecc. xiiii. Felix q̄ nō habuit animi triſtitiā, et nō excidit a ſpe ſua. ideo etiā nō ē cōtinue habēda memoria peccatoꝝ: nec continue cogitāda dei iuſtitia: imo ſepe preſertim timidis aſſumēda ē ſpes in deū et fiducia: vt ſpes q̄ potior ē virt⁹ q̄ timor in miſericordia dei reſpiret. ¶ Sūt aūt q̄nq; ꝑ que ſpes adiuuat̄ plurimū, videlicet diuine pietatis cōſideratio. Mediatoris chriſti icarnatō. mediatricis noſtre inuocatio. ſcripture ſacre atteſtatio. et ſanctoꝝ pioꝝ aduocatio ¶ Primo valet diuine pietatis conſideratio. Eſt enī creator noſter, et opifex. Artifex aūt naturaliter adeo ſuū opus diligit: vt illd̄ vitupari vix audire valeat. De deo. n. ſap. ii. dr̄. Diligis oīa q̄ ſunt, et nihil odiſti eoꝝ q̄ feciſti. Q̄tomagis ergo diligit eū quē ad ſimiltudinē et imaginē ſuā creauit, et cui eſſe gratis cōtulit. cur bene eſſe ꝑ oratōem quis ab eo non ſperaret? Eſt deus etiā noſter veriſſimus et naturalis domin⁹. Diligunt aūt naturaliter homines ea q̄ ſua ſunt.

et conſeruant ea. & ſi perdiderint gaudent cū re-
cuperant. longe amplius ſimilia deus facere cre-
dendus eſt de homīe, ut docet ī parabola ouis ꝑ
dite: & dragme. Luc. xv. ubi dicit̄. Ita dico uobis
gaudiū erit in celo ſuper uno peccatore penitenti
am agēte q̄ ſuper nonagītanouē iuſtis. Eandē p̄
terea fidem ſeruare tenet̄ dn̄s ſeruo quā uiceuer-
ſa ſeruus domīo. Sicut igitur īfidelis eſſet ſeruus
qui domino ſuo in neceſſitate non ſubueniret cū
poſſet. ita et deus: qđ a diuīa abſit fidelitate. Cer-
tiſſime igitur credat ſe iſti. i. Cori. x. Fidelis deus
qui non patietur uos tēptari ſupra id quod pote-
ſtis: ſed faciet cū tēptatione prouentū ut poſſitis
ſuſtinere. Merito proinde beatus Martinus ꝑcu
tiendus a latrone, & queſitus ſi timuiſſet. Reſpō
dit ſe nunq̄ magis fuiſſe ſecurū. quia ſciebat mi-
ſericordiā dei maxime in neceſſitate affuturā. Eſt
inſuper deus intantum bonus eſſentialiter & mi
ſericordiſſimus: adeo ut petentes non minus ve
lit a miſeria liberare q̄ ipſi liberari uelint. Aſſerit
hec beatus Auguſtin⁹ loquens de illo chriſti uer-
bo. Petite: & accipietis. Nō tantū hortaret̄ ut pe-
terem⁹ niſi dare uellet. Erubeſcat humana pigri-
cia. plus uult ille dare q̄ nos accipere. plus vult ille
miſereri q̄ nos a miſeria liberari. Ad hoc ꝑtinens
eſt parabola euangelica de filio ꝓdigo. Luce. xv.
& illud Luce. v. Si uos cū ſitis mali noſtis bona
dare filiis ueſtris: q̄nto magis pater ueſter de celo

dabit ſpiritū bonū petentibus ſe. ¶ Secundo ualet
ad augmētū ſpei mediatoris chriſti īcarnatō. pre-
bet enī ut ait beatus Gregorius apud deū homini
magnā fiduciā deus homo. ē nobis ſpes magna
penitentibus. quia aduocatus noſter factus eſt iu
dex noſter. i. Iohānis. ii. Si quis peccauerit aduo
catū habemus apud patrē ieſum chriſtum iuſtū.
et ipſe eſt propiciatō pro peccatis noſtris. Et Ro.
octauo. Chriſtus ieſus eſt ad dextram dei, qui e-
tiam īterpellat pro nobis. Dicitqꝫ glo. ſuper illud
pſalm. Saluum fac populum tuum domine zc̄.
Ecce quanta ſpes credentiū. cum pro eis orat, paſ
ſus pro eis. & iudex eorum factus ē aduocatus.
Clementiam hanc ſummam chriſtus noſter ad-
uocatus miſericordiſſimus gratioſe oſtēdit, cum
ſancto Carpo orante ut duo infideles de hac uita
tollerentur: ſic chriſtus de celo ueniens dixit. Per
cute contra me de cetero. Paratus enim ſum rur
ſus pro hominibus ſaluādis pati, & hoc amicum
mihi: non ꝙ alii peccant homines. ſed uide ſi be-
ne habent manſionem in hyatu, & cum ſerpenti
bus cōmutare pro manſione cum deo & bonis a-
matoribꝰ hominū āgelis. ut ī exēplo refert beatus
Dyo. ī ep̄la ad Demophilū monachū. ¶ Tertō ua
let ad ſpei augmentū mediatricis noſtre īuocatio
qa ip̄a ē ut eccleſia canit uita, dulcedo, ſpes. & ad
uocata nr̄a. mater ḡtie, & mater miſericordie. Et

iterum. Tu pietatis viſcera nulli claudis homini.
Credo beato Bern. dicenti. Securū habes acceſſū
o homo ad deū: vbi habes filiū ante patrē. & an-
te filium matrem. filius oſtēdit patri cicatrices, &
vulnera. mater oſtendit filio pect⁹ & vbera: Nec
ibi vlla poteſt eſſe repulſa: vbi tot caritatis occur-
runt īſignia. Et iteꝝ. Cū tu dignus nō eras cui fi-
lius dei daretur: datus eſt marie: vt per eā accipe-
res quicquid peteres. Sileat inquit idem Bernar.
miſericordiā tuā o virgo beata, ſi quis īuocatā eā
in neceſſitatibus meminerit ſibi defuiſſe. reuolue
totā ſeriē euangelii: et ſi quid aſperū, ſi quid durū
īuenias ī maria: deīceps eā ſuſpectā habeas, & ad
eā accedere verearis. Prudētiſſim⁹ enī atifex deus
humanū genus quaſſatū non confregit: ſed vtili
us omnino refecit: vt nobis videlicet nouū adam
ex veteri formaret: & euā ī mariā trāſfūderet. Et
qdē vt oīs ſufficiciētia nr̄a ex deo ſit: poterat chri
ſtus ſufficere: ſed nobis non erat bonū hominem
ſolū eſſe: Congruū igitur magis fuit vt vterq; ſe-
xus adeſſet, quorum corruptioni neuter defuiſſet
plane & prepotens, & fidelis eſt mediator dei, &
hominum homo chriſtus ieſus. Sed diuinam ve
rent᷑ ī eo hoīes maieſtatē. Etenī deus noſter ignis
cōſumens ē: ad quē veret᷑ peccator accedere: ne
ſicut cera fluit a facie ignis: ſic ipſe pereat a facie
dei. Opus igitur erat mediatrice ad mediatorē illū
hr̄e. nec nobis alter vtilior ꝙ maria. Quid hūana

fragilitas ad mariā trepidet? nihil auſterū i ea. ni-
hil terribile/tota ſuauis eſt. lac et lanā omibus of-
fert: et omnibus oia facta eſt. Hec beat⁹ Bernar.
¶ Quarto valet ſcripture ſacre atteſtatō/q̄ totiēs
monet ad ſpem: & ſpantes beatos aſſerit. & nul
libi vel raro ad ſcrupulū imo nunq̄ ad erroneam
conſciam. Nā yſa. xx. Quis ambulabit ī tenebris
ſcȝ ignorantie: & nō eſt lumen ei. ſperet ī nomie
dn̄i: et innitatur ſuper deū ſuū. pſal. Spera in do-
mino/& fac bonitatem: et paſceris ī diuiciis eius.
ſpera in eo/& ipſe faciet: ſperate in eo omnis cō-
gregatio populi. quia deus adiutor noſter ineter-
nū. Sperantē in domino miſericordia circunda-
bit. In deo ſpaui non timebo quid faciet mihi ho
mo. Ex quo patet multiplex hominū ſperantiū i
deo vtilitas. videlȝ diuiciaꝝ diuinarū datio. orati-
onū exauditio. dei auxiliatio. miſericordie circū-
datio: & demonis vl' iīmici deteſtatio. Sic Hiere.
xvii. Beatus vir qui confidit in dn̄o: erit q̄ſi lignū
quod plantat' ſup aquas. Nec miꝝ. qa arbor ſpei
in optimo loco ſcilȝ ī ſūmo bono ponit'. hec ſpes baculus sethin
ē baculus nō arundine⁹ egypti: ſed ſethin⁹ quo
deo initimur. de q̄ ſapi. iii. dicit'. Qui cōfidūt in il-
lo ſcȝ deo ītelligunt veritatē. Quinto ad eā valet
ſanctoꝝ pia iuocatio. iuxta illud Iob. iiii. Ad ali-
quē ſanctorū cōuertere. & illud pſal. Leuaui ocu
los meos ī mōtes vnde ueniet. Montes ſunt viri
ſpirituales. Ideo de eis beatus Bernar. dicit. Tria

aqui S. Aug.n q̃ la memoria delos Sanctos lievan carbones sactos y fuego ... y Mo.Dr. q̃ seria en ...

3 = confusion san ...

ſunt que in feſtiuitatibus ſanctorū uigilāter ꝯſiderare debem⁹. auxiliū ſancti, exemplū ſancti, et cōfuſionem noſtrā. Auxilium. quia potens in terra potentior eſt in celis ante faciem domini dei ſui. ſi hic dū adhuc uiueret miſertus eſt peccatoribus & orauit p̄ eis: nūc tanto amplius q̃to uerius cognoſcit miſerias noſtras, orat pro nobis patrem. q̄a beata illa patria caritatē eius nō īmutauit: ſed augmētauit. et nūc ſibi poti⁹ induit uiſcera miſericordie, cū ante fontem miſericordie aſſiſtat. Veriſimile igitur eſt et credibile ualde ꝙ hi de quoꝝ pietate in uia multū legim⁹: in patria iuxta neceſſitates diuerſas interceſſores piiſſimos habeamus. Tales preſertī fuerunt beatus Nicolaus ſuper afflictos pia geſtans uiſcera. Martinus qui clamidē diuiſit paupi. katherina et Honofrius ac alii, q petiuerunt clementiā & gratiā ſupra eoꝝ memoriā agentibus. ut de eis publice canit eccleſia.

¶ Caplm. ix. declarat q̃rtā doctrinā: et q̄tum obſint ſingularitas, inobedientia, & imperſuabilites.

Quarta doctrina morali medico neceſſaria, eſt ut picula, (niſi medicū talē ſequat̃) inſinuet. q̄ picula q̄lia ſint: et q ſunt fructus bone & quiete ꝯſcie dictū eſt ſupra pte p̄ma ca. i. et. ii. Sicut enī qui corporis medicū nō ſequitur, ſe mortis piculo cōmittit. ſic qui ſcrupuloſus

eſt ſi diſcretos et ſapientes uel prelatos nō ſequitur, ſe diſcrimini multorum peccatorum tradere non ambigitur. Ibi ſiquidem ſingularitatis uicium īmo ſuperbie et ſepe inobedientie incurrit. Quā ſingularitatem uituperabilem tria oſtendunt, ſcilicet ſcriptura ſacra. ſanctorū dicta, & naturalis īduſtria. ¶Scriptura quidem ſacra. Nam prouer. iii. dicitur. habe fiduciam ī domino ex toto corde tuo. & ne īnitaris prudētie tue. In omib⁹ uiis tuis cogita illum, & ipſe diriget greſſus tuos ne ſis ſapiens apud temetipſum. ſed interroga patrem tuum et ānnnciabit tibi maiores tuos, et dicent tibi. devte. xxxi. ſic eccle. vi. di. In multitudine preſbyterorum prudentium ſta. & ſapientie illorum ex corde coniungere, ut omnē narrationē dei poſſis audire. & prouerbia laudis non effugiant a te. Et ſi uideris ſenſatum euigila ad illū, et gradus oſtiorum illius exterat pes tuus. Et iterum ibidē. viii. Ne deſpicias narrationem preſbyterorum ſapiētium. et in prouerbiis eorum cōuerſare. Ab ipſis enī diſces ſapientiā. & doctrinā ītellectus: & ſeruire magnatis ſine q̄rela. Non te p̄tereat narratio ſeniorꝝ. ipſi enī didicerūt a patrib⁹ ſuis quoniā ab ipſis diſces intellectū. & in tēpore neceſſitatis dabis reſpōſum. Ratio autem quare oportet inferiores & ſimplices ſequi ſapientiores aſſignatur ſapientie. ix. qa cogitatōes mortaliū timide, et īcerte prudentie noſtre. corpus enī quod corrūpitur

aggrauat aīam: & terrena īhabitatio dep̄mit ſen-
ſum multa cogitantē. & difficile eſtimamus que
in terra ſūt, & que i proſpectu ſunt iuenimus cū
labore. que ī celis autem ſunt qs īueſtigabit. q. d.
paucorum hoc eſt, qui ſcꝫ ſciunt ſcripturas pon-
derare: non eoꝝ qui timore amore vel odio tur-
bati verū a falſo neſciunt diſcernere. Vult hoc di
ctum ſapi. prouerbiorum. iii. dicens. Qui fortiter
premit vbera ad eliciendū lac: exprimit butirum.
et qui vehementer emungit, elicit ſanguinē. Vbi
glo. Vbera fortiter premis: dum ſacri eloquii ver
ba ſubtili penſas ītellectu. qua preſſiōe dū lac q̄ri-
tur, butirū īuenitur. quia dū tenui intellectu queri
mus: liberalitate eterne pinguedinis inungimur.
quod nec ſemp nec vnq̄ faciēdum eſt: ne dum
lac queritur: ſanguis ſeq̄tur. qa dū verba diuina
vltra modum diſcutiuntur, in carnalem ītellectū
cadunt. Sanguinem enī elicit qui vehementer e-
mūgit. qa carnale efficitur hoc qđ nimia diſcuſſi
one ſentit̄. Iccirco etiā ꝓuerbioꝝ. xii. dicit̄. Qui
confidit ī cogitatōibus ſuis īpie agit. ¶ Oſtendunt
idem ſecundo ſanctorū dicta ſingularitatis ſcꝫ vi
ciū deteſtantia: quo quis proximoꝝ etiā ſapienti
orū dictis non acqeſcit. Dicit enī beatus Bern. li.
de. xii. gradibꝰ ſupbie. Cū ſinglaris ex his que ſin
gulariter & inaniter agit apud ſimpliciores eiꝰ o-
pinio excreuerit: dū miſerū beatificāt ipm ī erro-
rē īducunt. credit nāqꝫ qđ audit, & qđ intēdit nō

attendit. obliuiſcitur ītentōem dum amplectit᷑ opinionē. cūqꝫ de omni alia re pl⁹credit ſibi q̄ aliis. de ſe ſolo plus aliis q̄ ſibi. et quicquid de ſe laudatū nouerit nō ignorātie aut beniuolentie laudatorū: ſed ſuis meritis arroganter aſcribit. Vn̄ poſt ſingularitatem. vi. ſibi gradus ſuperbie arrogantia vendicauit. poſt hanc preſumptio inuenitur ī qua. vii⁹. gradus cōſtituitur. Ad idem eſt caſ. ex uerbis abbatis. Moyſi humilitatis nō ficte inqt p̄ma ꝓbatio hec erit. Si uniuerſa nō ſolū que agenda ſūt ⁊c̄. ut poſitū eſt ſupra pte. ii. ca. vii. Predictoꝝ ratio tertia reddit᷑ ex p̄mo li. 3. ca. ſūme. cōtra gentiles ſancti doct. Per gradus intellectuum uidemus inqt ꝙ duoꝝ hominū quoꝝ unus aliorem aliquā ītellectu ſubtilius intuet᷑: ille cui⁹ ītellectus eſt eleuatior multa ītelligit, que alius omnio capere non poteſt. ſicut patet ī ruſtico qui nullo modo phīce ſubtiles rationes cape poteſt. Sic pariformit᷑ cū iuuenes ſcīa et moribus inexpti ī maxima diſtantia ſint: ab exptis capere nequeūt, eis in omnib⁹ neceſſaria conſilia niſi ab exptis manuducant᷑. Mirat᷑ ꝓpterea beatus Hierony. ī ꝓlogo biblie. Cur īperiti et noui in ſacris ſcripturis legere putent in eis omnibus que dixerint, cū tamen ī nulla alia arte aut ſcīa qs docere audeat: qđ diu prius non didicerit tempore et expiētia diutinis.

¶ Capitulum decimū: vltimā doctrinā exponit.

& ānumerat ſeptem regulas quas obſeruare de-
bent illi qui uolunt ſcrupuloſas ꝯſcientias depo-
nere rationabiliter: quarum hic tres declarantur.

d DEmū quinta doctrīa morali medico ne-
ceſſaria eſt: ut ſcilicicet regulas ſcrupl'os
deponendi indicet infirmo. In his enim
eiuſdē ſcrupuloſe cōſciētie medicina curatiua la-
tet. Sunt enī ſeptē generales regule quaꝵ āmini
culo erronea conſcīa deponi poteſt et debet, uide
licet debita ad gratiam dei preparatio. ſollicita ſa-
cre ſcripture īdagatio, oratōis deuote cōtinuatio:
opinionis alicuius tuta electio, obedientie humi-
lis imitatio, ſcrupuloꝵ animoſa abiectio, & prece
ptoꝵ diſcreta epikeyſatō: que ſeptē iubet habere
eterna ſapiētia prouerbioꝵ. ii. d. Si ſuſceperis ſer
mones meos, & mandata mea cuſtodieris penes
te. ſi ſapientiā inuocaueris: et inclinaueris cor tu-
um prudētie. ſi queſieris eam quaſi pecuniā et ſi-
cut theſaurum effoderis illam: tūc ītelliges timo-
rem domini, & ſciētiam dei inuenies. ¶ Prima re-
gula innuitur ibi. Si mādata mea. Secunda ibi: ſi
queſieris eam quaſi pecuniam. Tertia ibi. ſi ſapiē
entiā īuocaueris. Quarta ibi: ſi prudentie. Quin-
ta ibi. Inclinaueris cor tuū. Sexta ibi. ſicut theſau
rum effoderis illam. Septima ibi. Si ſuſcepis ſer-
mones meos, ſubaudi mō debito. ¶ Prima igitur
regula eſt ut quis ſe ad gratiam q̄tum poteſt pre

paret dei mandata ſeruando de peccatis omnib⁹
& ſingulis corde dolēdo: & eadem pure cōfiten-
do. Nam quicunq; facit quod in ſe eſt: deus infal
libiliter ei gratiam infundit, & lumen doni ſapiē-
tie, ſcientie, intellectus, & conſilii ei tribuit: qui-
b⁹ iuuari poteſt ad depoſitionem erronee conſcie
ꝑut ſuꝑ late patuit pte. ii. ca. ix. &. x. Volūt hec
uerba prophetarum. Nam ezechie. xviii. dicitur.
Conuertimini & agite penitentiam ab omibus ini
quitatibus ueſtris. et non erit uobis in ruinam ini
quitas. Et iterum de grauiſſimis peccatoribus iſra
heliticis in ſyon et hieruſalem habitātibus domi-
nus Yſa. xlix. dicit. Dixit ſyon dereliquit me dn̄s
et dominus oblit⁹ ē mei. Nunqd obliuiſci poteſt
mulier īfantē ſuū ut nō miſereat̄ filio uteri ſui. Et
ſi illa oblita fuerit: ego tamē nunq̄ obliuiſcor tui,
ecce ī manibus meis deſcripſi te. Secunda regu
la ē ſollicita ſacre ſcripture īdagatio. Si inqt q̄ſie-
ris eā tanq̄ pecuniā et ſicut theſaurū effo. zc̄. Sci-
mus aūt ꝙ mercatores filii hui⁹ ſeculi, q prudētio
res ſūt filiis lucis. ſ. in generatōe ſua ſūmū ſtudiū
habēt acqrēdi pecunias. Nā preceptorē primo tri
tū ī arte ſua docentē audiūt. Scd̄o in libris debito
rum et receptorum ſtudent ſollicite. Tertio debi-
ta ſua et auxilia aliorū poſtulant aſſidue. Ad quo
rum certe ſimilitudinem eadem facere tenemur.
Primo enim preceptorem ſeu magiſtrum diſcre-
tum oportet ut quis habeat. Docet enim hec

Salomō prouer.i. vt detur inqt puulis aſtutia: & adoleſcentulis ſcientia, et ītellectus. Icciɾco audiens ſapiens ſapientior erit. et ītelligens gubernacula poſſidebit. Animaduertet pabolā & interpretatōem, verba ſapientū & enigmata eoꝝ. Idē aſſerit beatus Hierony. ī epiſtola ad Paulinū dicēs. Intellige te in ſacris ſcripturis ſine preuio, et mōſtrāte ſemittā nō poſſe ingredi. Taceo de grāmaticis rhetoricis philoſophicis. geometcriis, dialecticis: muſicis. aſtronomicis. medicis: quorū ſcīa mortalibus ſatis vtiliſſima eſt. & ī tres ptes ſcīdit. In doctrinā, exploratōem et vſū. Ad minores artes veniā: & q̄ nō tā līgua q̄ manu adminiſtrant. agricole. cementarii. fabri metalloꝝ, lignorumq; ceſores. lanarii quoq; & fullones, et ceteri q variam ſupellectilē, & uilia opuſcula fabricant: abſq; doctore eſſe nō poſſūt qđ cupiūt. ſic etiā vas electiōis poſt damaſcū, arabiāq; luſtratā aſcēdit hieroſolimā, vt videret Petrū. & apud eū .xv. dieb⁹ fuit. Rurſuſq; poſt annos. xiiii. aſſūpto Barnaba & Tyto expoſuit cū apl'is euāgeliū ne forte ī vacuum curreret, aut cucurriſſet. Inſuper ad pedes Gamalielis legē Moyſi & prophetas didiciſſe ſe gloriat, vt armatus ſpiritualibus telis poſtea doceret cōfidenter. Duodecī etiā annos ſaluator īpleuerat, & in tēplo ſedēs de q̄ſtiōib⁹ legis īterrogās magis docet dū prudenter īterrogat. Scđo exigit vt in lege dei aſſidue pro poſſe ſtudeat. quod

q̄ta aſſiduitate fieri debeat, oſtēdit beatus Hiero.
tam viris q̄ ſexui femineo: tā religioſis q̄ ſeculari
bus, īmo adultis & iuuenibus ita. d. in epl'a ad Pau
linū, cuius iniciū eſt bon⁹ homo. Semp ait ī ma-
nu tua ſit ſacra lectō. Et ad ruſticū. Nunq̄ de ma
nu tua & oculis tuis recedat liber. ama ſciam ſcri
pturarū: & carnis vicia non amabis. Similiter ad
Nepotianū dicit. Diuinas ſcripturas ſepius lege.
īmo nunq̄ de manu tua ſacra lectio deponať. di-
ſce quod doceas optime eū qui ſecūdū doctrinā
apoſtoli eſt fidelē ſermonē: vt poſſis exhortari in
doctrina ſana: et contradicentes reuincere. Et ad
furiā de viduitate ſeruanda. Cū inqt cōmedis co-
gita ſtatī tibi orandum illico: & legendum. ſic de
ſcripturis ſacris habeto fixum verſuum numerꝝ.
Iſtud penſum domino tuo redde. Nec ante quie
ti mēbra cōcedas: q̄ calathū pectoris tui hoc ſub
tegmine cōpleueris. Poſt ſcripturas ſacras docto
rū hominū tractatus lege: eorū dūtaxat: quorū fi
des nota eſt. Nō neceſſe habes aurū in luto que-
rere, ml'tis de margaritis vnā redime margaritā.
Et iterū. O ſi videres ſororem tuā, & illud ſacri o
ris eloquiū corā audire ꝯtīgeret, cerneres ī puuſo
corpuſcl'o ingētes aīos, audires totā veteris & no
ui teſtamenti ſuppellectilē ex illius corde feruere.
Preterea ad Demetriadem virginem ait. Illud ti-
bi nata deo ideoq; pre omnibus predico. & repe-
tēs iterum atq; iterum monebo, vt animum tuū

ſacre lectionis amore occupes. nec in bona terra pectoris tui ſementem lolii auenarūq; ſuſcipias: ne dormiente patrefamilias inimicus homo ʒiʒania ſuperſeminet. et in fine eiuſdem epiſtole. Finem īquit iungo principio nec ſemel meminiſſe contentus ſum. Ama ſcripturas ſanctas, et amabit te ſapiētia. Dilige eā et ſeruabit te. honora illā et āplexabitur te. Hec monilia in pectore et ī auribꝰ tuis hereāt. nichil aliud nouerit līgua niſi christū. nichil poſſit ſeruare niſi quod ſanctū eſt. Cui ꝯcordat illud ꝓuer. iiii. Poſſide ſapientiā. poſſide prudentiā, ne obliuiſcaris neq; declīes a uerbis oris mei. Ne dimittas eā, et cuſtodiet te. Dilige eā, et ſeruabit te. ¶ Tertio exigit̄ ut auxilia ab alienis poſtulet ꝑ oratōnē ſeu deꝑcationē. Nō. n. lectōis ſacre ſtudium ſufficit: ſed exigitur una cū deuota oratione ſtudiū pro intellectu agendoꝝ, & credēdorū. ut oſtendit beatus Hiero. ī epiſtola ad Paulinū dicens. Quicquid aliis ſcilicet ab apoſtolis & primitiue eccleſie doctoribus exercitatio, & quotidiana in lege meditatio tribuere ſolet: hoc illis uidelicet apoſtolis & ſimilibus ſpirituſſanctus ſuggerebat. et erant iuxta quod ſcriptum eſt omnes docibiles deo. Non enī ſemper ſufficit ſtudiū, ſed oratio coexigitur deuota pro intellectu ſacre pagine. Cuius rationē aſſignat beatus Auguſtinꝰ ad Voluſianum de incarnatione verbi. Tanta eſt inquit christianorum profunditas litterarum, ut in

eis quotidie proficerem ſi eas ſolas ab ineunte pu
eritia, uſq; ad decrepitam etatem maximo ocio:
ſummo ſtudio, meliori ingenio conarer addiſce-
re. Quid igitur in hac attinget ſapientia, qui fere
totum uigorem etatis ſue aliis impendit ſcientiis
ſolaſq; feces ſenectutis huic ꝓfunde miniſtrat ſa-
pientie. Ad hanc tamen ſapientiam a multis orā
do citius q̃ ſtudendo peruenitur. Optaui īquit ſa
piens: & datus eſt mihi ſenſus. inuocaui, et uenit
in me ſpiritus ſapientie. Eundem aperit ſenſum
Auguſtinus libro de uidēdo deum. ca. i. di. Qui
didicerūt a domino ieſu mites eſſe, & hūiles cor-
de, plus cogitando et orando profecerunt q̃ legē
do & audiēdo. Patet hō ī barbaro illo chriſtiāo, de
quo recitat libro. vii. de doctrīa chriſtiana: qui lit
teras ipſas nullo docente homine in plenam no-
titiam orando, ut ſibi reuelarētur, accepit preuiis
triduanis ꝑcibus. Impetrauit idē ut codicē oblatū
ſtupētibus qui aderāt legendo ꝑcurreret. Tradūt
& patrū hyſtorie de ſancto āthonio ſimile, q ſine
ulla ſcientia litterarum diuinas ſcripturas memo
riter tenuit, fultus orationū ſuarū preſidio. ut ibi-
dem dicit beatus Auguſtinus. Ad idem Hugo
libro ſuo de anima dicit. Ad ſcripture ſacre cog-
nitionem plus opus eſt interna cōpunctione q̃ ꝓ
funda inueſtigatione. ſuſpiriis q̃ argumentis. cre
bris gemitibus, q̃ copioſis argumentationibus.

a

lachrymis q̃ ſententiis.oratione, q̃ lectione: & gratia lachrymarū: q̃ ſcientia philoſophorū. ¶ Tertia igitur regula pro euaſione erronee conſcīe que ē orationis deuote continuatio, patet ex premiſſis: & ex parte.ii.ca.viii. ꝓpter qđ ſapiens ait. Inuocaui et venit ī me ſpūs ſapiētie.ſapiētie ſeptimo.

¶ Capitulū.xi.deducit.iiii.regulā, & ꝓbat auctoritatibus antiquorum ꝙ doctoribus cōtraria ſentientibus, licet bona conſcientia vnā ptē tenere.

Qvarta ꝓinde regl'a p̄ncipalis ē opiniōis alicuiꝰ tuta electio. Sūt enī aliquādo de aliquibꝰ materiis moralibꝰ doctores opinionū cōtrariarū. & tūc ſcrupuloſi dubitant quā ptē poſſūt cū bona ꝯſcīa eligere. ¶ Pro enodatōe huiꝰ difficultatis notandū ī primis ꝙ cū bona ꝯſcīa poteſt qs tenere vnā ptem alicuiꝰ opinionis, & ſecūdū eam operari ſaltē excluſo ſcandalo: q̃ pars habet ꝓ ſe notabiles ſeu notabiliores doctores: dūmō talis opinio nō ſit cōtra expreſſam auctoritatē ſacre ſcripture, nec cōtra determinatōem ſacre eccleſie catholice, dūmodoq; ex cōtrarietate taliū opinionū nō inducat̄ quis ad dubitandū: ſed bonā ꝯſcīam ſeu fidē ſibi formet de ꝓbabiliore parte. p̄cipue ī tali caſu qn̄ qs adhibet diligētiā īqrendo an liceat, nec īuenit aliqđ qđ eū ſufficiēter moueat ad hoc ꝙ ſit illicitum. Patet illud primo per

doct. ſanctū ī queſtionib⁹ de quodli. quodli. 3. q. x. vbi dicit ꝙ quādo diuerſe opiniões doctorū ſacre ſcripture non pertinēt expreſſe ad fidē & bonos mores: tūc abſq; piculo auditores vnā ſequi poſſunt. Ibi enī locū habet illud apoſtoli. ad Ro. xiiii. Vnuſquſq; ī ſuo ſenſu abūdet. Et iterū ibidē de illo q aſſentit opiniōi magiſtrali que nō eſt cōtra manifeſtum ſcripture teſtimonium: nec contra illud quod publice tenetur in eccleſia, nequaq̄ hūc condēnat. Vnde idem doctor in pluribus locis etiam in materia morali ad ſalutē neceſſariam tenet opinionem vnam, vbi alii doctores notabiles tenent contrariam: vt ꝙ poſt lapſum in peccatum mortale non oportet aliquem ſtatim confiteri ſub p̄cepto, habita copia confeſſorum. Hec determinat̄ in quarto. di. xvii. et tamen contrarie opiniōis ē Hugo de ſancto vict. & Bonauētura. Similiter dicit ſanctus doct. ibidem ꝙ ſi parrochianus confiteretur fratri habēti auctoritatem epiſcopi monēti parochianum, vt plebano ſuo confiteat̄: tunc etiam ſi talis confeſſus nolit fratri acquieſcere: adhuc debet eum abſoluere. et tamen contrarium eius tenent plures doctores. Nec obſtant ea que dicit qdli. xiiii. q. xii. vbi dicit ſic. quādo due ſunt opiniones cōtrarie de eodē oportet alteram eſſe veram, & alteram falſam. Aut ergo ille q facit cōtra opinionē magiſtrorū, vtpote habēdo plures p̄bendas: facit cōtra verā opinionē.

et ſic cum faciat contra legem dei/non excuſatur
a peccato.q̃uis non faciat contra conſcie͂tiam. ſic
enim contra legem dei faceret. Hec uerba ſancti
thome nō poſſunt ītelligi niſi de illis ubi manife-
ſte patet ex ſcriptura uel eccleſie determinatione
ꝙ ſit contra legē dei. et non de illis intelligit/ubi il
lud non apparet/ ſicut ſeipſum declarare uidetur
ſupra tacto allegato.iii.quodlibet.q.x. Alias enī
ſibi contradiceret in eodm libro/quod non eſt cre
dendū.¶ Ex quibus ſequi uidetur expreſſe ꝙ nō
oportet ſemper tutiorem opinionē eligere de ne-
ceſſitate ſalutis/ſed ſufficit tutā eligere. Nam tu-
tior eſt gradus comparatiuus/preſupponens po-
ſitiuum ſcilicet aliam tutam eſſe opinionem. Pa-
tet illud. quia tutiores uidentur eſſe opiniones p̄-
fate aliorum q̃ quas ſanctus thomas ibi tenet. Itē
patet ex argumento ſuo ubi ſupra quodlibet.xi.
q.xiii. ut tactum eſt/quando aliquis propter con-
trarietatem doctorum adhibet diligētiam/inqui-
rendo de ueritate/ nec reperit ꝙ ſufficienter eum
moueant argumenta contraria. licet talem moue
ant quedā leuia que in.iiii.d.xviii.in queſtiōe lit-
terali docet abiicienda eſſe et conſcientias in con-
trarium informandas. Nec mirum. quia per talē
diligentiam uidetur homo facere quod in ſe eſt.
ut patet ex parte.ii.capitulo.ix.et.x. Ad idem ui
detur eſſe quodlibet.iiii.q.xiiii. ubi querit. Vtrū
vitari debeant illi excōicati/ circa quorum excōi-

cationem ſapientes contraria opinantur. Reſpō-
detur ꝙ excōmunicationis aliquorum dubitatio aut precedit ſententiam iudicum, aut ſequitur. ſi precedit: puta ſi non dicitur eſſe declaratum per iudicum cenſuras illos eſſe excōicatos: tunc non ſunt uitādi quouſq; certo iudicio terminetur. In hoc enim caſu uerum eſt quod dicitur ꝙ in mitiorem partem interpretari debet animus boni uiri dubia. Vnde deutero. xvii. Si difficile & ambiguum apud te iudicium eſſe perſpexeris: & iudicum intra portas uideris uerba uariari, uenies ad ſacerdotes & iudicem. quereſq; ab eis: et facies q̄cunq; dixerint. ſed ſi ambiguum oriatur poſt cōcordem iudicum determinationem, magis ſtandum eſt ſententie iudicū, ut probat ibi. Ecce quo modo doctoribus contrariātibns licet iſtum pro non excōicato habere, & non uitare. ¶ Secundo patet principale per altiſſiodorenſem quem allegat Cancellari. de gerſono tractatu de pollutione Dico inquit cum domino Vuillh. altiſſiodorenſi ꝙ regula magiſtralis uidelicet dubitās de aliquo an ſit illicitū et ſtante dubio illud agēs peccat. qa diſcrimini ſe ꝯmittit: iſtā regulā ītelligēdā eſſe de dubio tali qd̄ ē uehemēs, aut magis, aut eq̄ īducit mētē credere qd̄ ē mortale illicitū, ſicut qd̄ ē licitū ſecus enī ē ubi mēs plus īclinat̄, & iudicat ꝙ eſt licitum q̄ illicitum. quamuis nō habeat uſq;quaq; certitudinem euidētem: aut fixam. quia nec hoc

BIBLIOTECA DE ZARAGOZA

ipſum requiritur. Videbitur de hoc infra latius. ca.xxiii.xxiiii. &. xiii. ¶ Tertio patet illud ꝑ pl'es ātiquos theologos & canoniſtas deuotiōe & litteratura multum famoſos. Dicit enim Vlri.ſup .ii.ſententiarum.d.xxii.& concordat in ſumma quem Vlri.Ioh̄.in ſumma valde cōmendat.Dicit inq̄ ut ſupra dictum eſt/ꝙ ſi quis de aliquo agēdo dubio magis peritos cōſuluerit/de quo nullam habet auctoritatem expreſſam vtrum ita ſit vel non/dummodo formet ſibi bonam conſcientiā:poſtq̄ magis peritos conſuluerit ꝛc̄.etiā ſi res aliter ſe habet q̄ ipſe ſentit/excuſatur.fecit enī qd̄ potuit.deus autem nihil īpoſſibile requirit ab homine.Hec ille.Nam ibidem equiparat iſtum caſum ignorantie inuincibili:et omnino inuolūtarie:quia ſcire nō poteſt.Ad idem eſt Monaldus in prologo ſumme ſue dicens. Non generatur aliquod preiudicium erga veritatis ſentētiam:cū inter diuerſas opiniones a magiſtris & approbatis doctoribus ſcriptis auctēticis ānotatas illā opinionem quis amplectitur:que ſibi videtur magis conſona rationi.Vnde etiam Humbertus in expoſitione conſtitutionum ordinis predicatorum dicit. quia fructus animarum īpediri ſolet per nimiā auſteritatem in conſiliis & opinionibus:terrentur enim ex hoc homines intantum ut ſalutē negligant:iccirco relaxanda eſt q̄tum fieri poteſt auſteritas/& agendum eſt benigne cū hoībus:

quia ſic melius trahunt̃ ad ſalutē cū ſententie mi
tiores tenent̃. Hec Humbertus. Et cōcordat ho-
hoſtieñ q dicit extra de cogna. ſpirituali ī glo. ſu-
per ca. Sed vir. ꝙ vbi ſūt diuerſe opiniōes, et di-
uerſa iura: ſemp humanior ē preferenda .i. ratio
nabilior, īmo & eqor. extra de trāſ. ca. finali. Vbi
vero utraqꝫ humana eſt: pti maiori ſtandū ē et ſa
niori. Ad idē eſt Vuilħ. glo. Ray. de ſententia p̄
cepti diffinitōis et excōicatōis ca. xxiiii. di. In api-
cibus iuris vbi dubitāt etiā ſapiētes excuſabilis eſt
ignorātia. Vñ ſi aliqs bona fide ptem illā vel illā
elegerit: non debet ſup hoc ꝯſciam habere nimis
ſcrupl'oſam. Itē idem Vuilħ. ubi ſupra ī materia
de decimis recitās duas opiniōes, dicit ꝙ illa pri-
ma opinio ſcꝫ ꝙ antiquas decimas ſine peccato ī
feodis retinere poſſunt layci: & ꝙ ad heredes trā
ſeāt benignior ē. et ideo magis āplectenda. Itē re
peri ī libris veterib⁹ ordinis nr̄i p̄dicatoꝝ reſpōſa
plura q̄ data eſſe videntur a dn̄o Alber. eo adhuc
uiuēte: q̄ ſic ſonāt. Itē dicit idem ꝙ frater ſimplex
vel quilibet homo cū ſalute poteſt ſequi ī cōſiliis
quācunqꝫ opinionē voluerit: dūmodo alicui⁹ ma
gni doctoris opinionē ſequat̃. Idem ī ſentētia ali
bi repi ab eo dictū fore ī ſcriptura ſilere. Patet igi
tur ꝓpoſitū ex ātiqs ſatis tā theologis, q̄ iurepitis

¶ Capitulum .xii. probat idem auctoritatibus ma-
gis modernorum doctorum.

B. D. L. O. D. Z.

a

PRobat̃ idẽ ſimiliter auctoritatibus modernoꝝ theologorum famoſorum. Nã ad idem eſt Goffri. de fon. quodli. ix. q. xvi. Vbi querit an confeſſor teneatur facere conſcientiam de peccato, de quo confitens non uidetur habere conſcientiam. Et dicit ꝙ ſi quis confitens non habet cõſcientiam de aliquo actu quẽ confeſſor opinatur eſſe peccatũ: puta de uitaliciis de multitudine beneficiorum, & ſimilibus: quando confitentis talis opinio non procedit ex ꝑteruia, ſed ex probabili ratione: debet eũ cõfeſſor generaliter in forma eccleſie abſoluere. maxime cõfeſſor ordinarius, niſi eſſet peccatum tale ꝙ certũ et manifeſtum eſſet cõmuniter illud peccatũ eſſe nec de hoc ſint opiniones contrarie, que ab eccleſia tolerantur. Sed ſi non ſit manifeſtũ et quando circa hoc ſunt ſapientũ opiniões cõtrarie: tũc ꝓponore debet confitenti ꝙ bene ſtudeat de hoc ſeipſum per prudentes informare. quia talia contra hoc dicuntur. Maxime tamen hoc debet facere ſi ipſe cõfeſſor ſit illius opinionis, ꝙ hoc ſit peccatum. Concordat etiam in principali Bernar. claromontenſis in replicã cõtra Goffri. eadem. q. dicens. Si ſunt opiniones inter magnos dicentes ꝙ peccatum eſt. Alii uero dicũt ꝙ non: tunc debet in tali caſu conſulere aliquos, de quorum iudicio confidit: et ſecundum conſilium diſcretorum facere. & peccatum reputare uel non reputare. Ex

quo enim opiniones ſunt inter magnos: et eccle
ſia non determinauit alterā partē: teneat quā uo-
luerit. dūmodo iudicium in hoc reſideat propter
dicta eorū ſaltē quos reputat peritos. Ibidē tamē
addit contra Goſ. ꝙ non refert an cōfeſſor ſit or-
dinarius uel nō, dū modo habeat auctoritatē au-
diendi talē. Pari modo reſpōdet Pe. de pal. ſuper
.iiii. d. xvii. ad ſimilem. q. d. Si cōfeſſor dubitaret
utrū illud de quo alius non peniteret eſſet morta
le, & iſte ſibi diceret ꝙ de cōſilio peritoꝝ illud fa-
ceret, de qbus ex uita & conſcia probabile eſſet ꝙ
nō cōſulerent niſi bene: poteſt ſe illo iudicio ꝯfor
mare. ſecꝰ aūt eſſet ſi eſſet certꝰ de oppoſito. Cū p̄
miſſis oībus ſatis cōcordare uideť Henri. de gan.
qdli. i. q. xxiiii. d. quedā ſūt peccata mortalia non
diuīa lege expſſa. ſed iuxta ea q̄ expſſa ſūt ex īdu
ſtria ratōis īueſtigari poſſunt. et talia teneť magis
diſtincte unꝰ ſcire q̄ alius ſcđm pſonaꝝ ꝯditionē
& gradū. et aliq̄ magis q̄ alia ſcđm ꝙ ad expreſſa
magis appropinquant, ſicut eſt in articulorū no-
titia: q̄uis non ſit omnium ſcire que horum ſunt
mortalia, & que non. qa delicta quis intelligit. ta-
mē ad hoc teneť quilibet ꝙ cū in dubiū uenerit.
an aliquod qđ faciendū eſt mortale ſit: ut reqrat
pitiores. aut de ipſo ut de mortali peniteat, ut de
ipſo locum habeat illud Grego. ¶ Piarum menti
um eſt ibi culpam cognoſcere ubi culpa non eſt.
Hec henri. Nec contradicit ſibi ibi Bernar. claro.

q̄ cōtra eiuſdē magrī Henri. dicta replicauit. Igitur cōſentire videt̄. Cōcordat Iohannes de cambaco tā ī de conſolatōe theologie. li. xiiii. ca. viii. q̄ ī queſtionibus de culpa & gratia. d. in de conſolatōe. In dubiis, bonoꝝ viroꝝ vita, aliis viuēdi debet eſſe regula. Eſt igitur reſpiciendū ad facta bonoꝝ virorū et diſcretorū. & ſi plures tales, vel in pluribus caſu tali eis occurrēte ſic, vel ſic ſe habere īuenires: aut eſtimatōe tua iudicares: tūc & tu ſimiliter agere non formides. ¶ Dicis forte in contrariū. tales viri & ſi bonā habēt conſcientiā: non tamen ſcientiā habent circa illā materiā, vel ecōuerſo, habēt ſciam, nō tn̄ conſciam: vel ſi ſcirem ꝙ vtrūqꝫ haberēt forte ſic nō facerent. Sed reſpōdeo qn̄ nō ē omnino certū: ꝓbabile tamen eſt, & modicū dubiū ꝙ ſimul ſciam habēt et bonā conſciam. & ꝙ ita ſe haberēt ſi caſus tales eis occurrerent: tamen pro excuſatōe tua noueris ſatis eſſe, ſi ſimiliter feceris. Nempe ī moralibus, & circa humanos actus non eſt demōſtratio requirenda. Si quis enī certā notitiā in huiuſmodi requireret: non minus erraret q̄ ſi ī demonſtratiuis ſcientiis de apologis, aut argumentis topicis ſiue pſuaſionibus rhetoricis ꝯtentus eſſet. Hec ibi. Ad idem eſt Adam ſuper .iiii. di. ix. Pro enodatione etiā ſcrupuloſarum conſcientiarū clarius adhuc cū predictis cōcordando dicit Io. de erdenberch. noſtri ordinis doctor ſatis antiquus, exēplificādo

ĩ materia cõmunicãdi ſuper.iiii.di.ix.tam in prima lectura q̃ in ſecunda ſuper ſententias. Qui inquit non haberet peccatum mortale: tamen crederet ſe habere. aut credit hoc firmiter, ita ꝙ eſt q̄eſcens in illa opinione, accedendo ad eukariſtiã peccat mortaliter. Si aũt ꝓbabiliter credit ſe eſſe ĩ peccato mortali: ſed non firmiter, nec acquieſcit vt ſi alicui dure locutus eſt, & cogitat tu peccaſti mortaliter: ſed tunc ſtatim retrahit ſe & dicit intra ſe nõ eſſe peccatũ mortale. nõ eſt verũ. et tamen nõ ſufficienter poteſt ſe retrahere qn ſibi occurrat. Dico ꝙ ĩ tali caſu bene poteſt accedere: tamen ſemper retrahendo opinionẽ ſuam. quia enim deus non exigit ab homine ĩpoſſibile, & nõ poteſt ſe retrahere: ergo poteſt bene accedere: tñ ſemꝑ retrahẽdo opinionẽ ſuam. Similiter idem dicit ĩ lectura ſua prima ĩ exẽplificando de fractione ſilentii in religioſo. Iſte inquit qui non acquieſcit in credulitate ſua: ſed quaſi in q̃dã timiditate timet ſe habere aliquod peccatũ quo efficiatur ĩdignus ad receptõem eukariſtie. Sicut ſi nõ credat ſimpliciter eſſe mortale loqui ĩ clauſtro. ſꝫ timet ꝙ frequentia aliquo mõ poteſt eſſe mortalis & ipſe frequẽter ĩ clauſtro locut⁹ ẽ. & tamẽ non ſimpliciter credit hoc eſſe mortale, ſed timet: talis ñ peccat. imo etiã q̄libet cũ quodã timore debꝫ accedere ad h̊ ſacramẽtũ reputãs ſemꝑ ſe eſſe ĩdignũ: facta tñ diligẽti diſcuſſiõe ĩ ꝯſcia ſua. hec ibi.

¶Capitulum.xiii.oſtendit idem rationibus.

u Sq; mō probatū ē auctoritatib⁹ doctorū ꝙ non qđlibet dubiū facti ſufficit ad cauſandū peccatū mortale: quādo quid agitur illo dubio ſtante, nec qđlibet dubiū iuris. Nūc quidē probatur rationibus parti cancellarii' tractatu de contractibus. nā in caſu decretalis extra de ſen. ex. inquiſitione. Si uxor incipiat per nouā informationē dubitare an attineat uiro ſuo in gradu ꝓhibito, quo dubio ſtante petat uir debitū. qd tunc aget uxor. Si enī negat: eſt in periculo trāſgreſſionis iniuſte ſpoliando uirꝫ corpore in quod ius habet. ſi uero attineat uiro ſuo, & concedat: ē in piculo mortalis luxurie. Reſpondet enī vbi ſupra papa Innocentius.iii. ꝙ ſi ſcit īpedimentum nec reddere debet, nec exigere. etiā ſi excōmunicaret. Si aūt nō ſcit ꝑ certo, ſed credit eſſe īpedimentū: tunc aut conſcientiā habet ex credulitate probabili, & diſcreta, q̄uis nō euidenti & manifeſta: tunc debitum poteſt reddere: ſed non debet exigere, ne in adulterio, uel contra legē coniugii. uel contra iudiciū conſciētie cōmittat offenſam. Aut conſciam habet ex credulitate leui, uel temeraria. tūc ad ſui paſtoris conſiliū ꝯſcia tali expulſa licite poteſt exigere, & reddere. Et glo. ſup uerbo probabili querit. Sed quid dices ꝓbabile? Reſpondet, puta quia uidit uirū ſup conſanguineā ſuā in

locis ſuſpectis, in hora ſuſpecta, ſolū cū ſola ante matrimoniū. huiuſmodi preſūptiones ꝓbabilē iducūt credulitatē. uel qa publice dicit̃ ab omnib⁹ Ad hoc facit de pſumptionibus trito. & ca. litteras. Similē etiā caſū tangit magiſter i. iiii. d. xviii. et ſanctus Tho. i qſtionibus ibidē litteralibus: vbi ſic dicit. Quid mulier faciet, q̄ uirū in aliena terra defunctū putat. & aliū duxit? qd inq̄ faciet de reddendo debitū ſecūdo uiro. Reſpondet magiſter i. textu, ꝙ excuſatur ſi careat obprobrio male volūtatis. Tho. ibi, et pe. de ta. & pe. de pa. et albertus diſtinguūt preciſe ſicut i precedenti caſu Innocētii. Ex quo oportet ꝙ nō omne dubiū uel ſcrupulus quiſq; liget, ſic ꝙ non poſſit quis facere cōtrarium ¶ Secundo probatur propoſitum principale. Ponatur enim caſus qui eſt creberrimus ꝙ dubiū ſit apud doctores aliquos ex una pte ꝙ aliqd debeat agi: dicentibus aliis i numero pari contrarium ꝙ oppoſitū fieri debeat. Nā hoc i facto ſciſmatis contendentium de papatu ſepe fuit. Nunquid tunc ſcrupulus quilibet aut dubium habentem ligat ad cauſandum mortale peccatum? nemo hoc aſſerit. ſed obediendū eſt, ut in dubio ſupiori dictū ē. et ꝓbabit̃ ca. xvii. & ꝓbatū ē ſup̄ ca. ix. Tertio ad idem. Non plus nocet homini errare in articulo fidei, qui nō eſt declaratus adhuc ab eccleſia ꝙ ſit articulus de neceſſitate credendus: q̄ nocere poſſit actus moralis cōtra aliquod

agibile ꝑpetratus, qui actus nō dicitur eſſe certus ex ſcriptura aut determinatione eccleſie ꝙ ſit illicitus. Patet hoc qa fides eſt tā neceſſaria ſicut morales virtutes ſi nō amplius. ſed conſtat cōmuniter apud theologos ꝙ in materia fidei dū doctores ſentiūt cōtraria, licitū eſt ante determinatōem eccleſie ſepe tenere vnā ꝑtem uel alterā ſine piculo peccati vel fidei. ut patet ī abbate Ioachim qui tenebat ꝯtrariū magiſtro ſentētiaꝝ pro quo eccĩa poſtmodū determīauit extra de ſancta trinitate. ca. dānamꝰ. Nec tamen dictus Ioachī in hereſim incidit, aut ꝑfidiā. ꝓpter hoc vt ibidē tangiť. quia dicta ſua omnia ſubiecit correctioni eccleſie cui obedire ꝑatus erat ſi aliter determīaret ſicut & determinauit. Igitur a ſimili licet vnā opinionē etiā in aliis moralibus tenere iuxta limitata ſupius & limitanda īferius: vbi ſaltē magis ſapiētes ſentiūt cōtraria: & vbi quis ꝑatus eſt obedire eccleſie & ſcripture, ſi ei errorē explanauerit. ¶ Quarto patet idem ī materia inſolubiliū, vt ſi Titius iuret ſe accepturū Bertā in vxorem: ſi primum verbum quod dixerit fuerit verum. & nullomodo accipiat ſi dicat falſum. Tunc dicat Berta hāc ſolā propoſitōem: tu non accipies me in vxorem. Queritur quid aget Titius? Si enim non accipiat periurus eſt. quia Berta dicit verū. hec tamen ſunt reliquenda logicoꝝ exerciciis. Et concludendū eſt ex predictis omnibus ꝙ probabilis certitudo ſuffi

cit in moralibus vt nō exponat ſe quis pıculo: vt ſicut dicunt doct. de celebrante miſſam, & ſimilibus vbi requirit ſtatus gratie q̄ ſufficit ꝓbabilis cō iectura. quia certitudo alia ſine reuelatione nō habetur prout in moralibus dicit Ariſto. Sumendū eſſe certitudinem figuraliter et groſſe. q̄ certitudo nō remouet omnē īprobabilitatē vel opinionē alterius partis: licet magis declinet ad iſtā q̄ ad aliā. qđ ſufficit. Verba ſunt pene p totum cancellarii ī tractatu de contractib⁹. ¶ Quinto. nā ſcđm philoſophū falſum ſepe eſt apparent ꝓbabilius q̄ verum. quid eſt ergo q̄ aliqui ita ſtatī auditis argumentis credere volunt quod audiunt: aut dubitare vbi pri⁹ nō dubitabant. Nō itaq; oportet ſemper terreri quando aliquis ſentit vel aliqui tenent cōtrarium vnius opinionis, que a ſapientibus tuta iudicat etiam ſi non tutior apparet. Ex p̄miſſis preterea duobus capitulis ſequit q̄ inter contrarietaem opinionū eligens vnam partē, tunc ſecurus eſſe videtur ī conſcia. Primo ſi opinio quā ſequitur non eſt euidenter contra ſacrā ſcripturam vel determinationē eccleſie. Secundo ſi ſciat per ſe uel per aliū cui credit probabiliter rationes contrarias ſoluere q̄s videt. aut ſi ſciat eas alios prudentes contemnere, aut abiicere: ut latius docebitur infra ca. xviii. Tertio ſi contentatur in certitudine ciuili uel morali, ut infra tangetur. Quarto ſi mentē habet q̄ determinationi eccleſie in caſu

quo declaretur per eā uelit acquieſcere, & in materia que eſt preiudicialis tūc reſtituere uel ſatiſfacere. Quinto ſi ſibi pro tali opinione format pro poſſe bonam conſcientiam.

¶ Capitulū. xiiii. p quinqꝫ ꝯcluſiones et p alia manifeſtat q̄ certitudo ſufficit ī morali materia nō ſe cōmittendo periculo.

REſtat pro declaratōe huius materie q̄ certitudinē moralem tangere dinoſcitur q̄ſdā concluſiones ponere Cācella ¶ Quarū prima ſit iſta. Dubitans de aliquo an ſit peccatum mortale, & ſtante illo dubio agens tūc peccat mortalit: et diſcrimini ſe cōmittit, qñ dubiū illud eſt uehemēs, aut magis, aut eque ſaltē īducit mētē credere ꝙ eſt mortale illicitū, ſicut ꝙ eſt licitū. De illo enim poteſt intelligi illud eccle. iii. Cor durū male habebit in nouiſſimo. & qui amat periculū in illo peribit. Secus aūt eſt ubi plus inclinatur quis & iudicat ꝙ eſt licitū q̄ illicitū, q̄uis nō habeat uſquequaqꝫ certitudinē euidentē, aut fixā. quia nec hoc requiritur, ut patebit ¶ Secunda concluſio. Non omnis deliberans agit ex deliberatione. ſicut nō omnis ignorās aut contēnens agit ex ignorātia, uel contēptu. Poteſt enī aliquis progredi in actū primoꝝ motuū, dū actu deliberat quid agendū. non tamen ex deliberatione aget, ſed ef-

ſreni appetitu, & motu paſſionis. Dicitur autē ali
quis agere ex aliqua cauſa, quando ſi nō eſſet illa
cauſa ipſe ab agēdo ceſſaret. accipiēdo agere lar-
ge prout ad obmittere extendit. Hanc concluſio
nē poſui propter quoſdā timorate conſcientie, q
quando agunt ad extra uel loquuntur aliquid, cō
tra quod murmurat interior imaginatio, uel cogi
tatio: putāt ꝙ tunc ſemp exterior actus procedat
ex deliberatione, quod non eſt uerū. ¶ Tertia cō-
cluſio qui inter diuerſorum opiniōes doctorum
fluctuat: ſi uult aliquid in eadem materia ſecure
agere: debet certus eſſe illud eſſe bonum, nec uir-
tuti contrarium. ſed multum refert qua certitudi
ne. ſufficit nempe certitudo moralis qualem no-
tauimus, & ſequenti capitulo plus declarabitur:
ut ſcilicet uel non ſit quis ī peccato dum facit qđ
in eo eſt. aut ſaltem peccatum non incurrit nouū
per temeritatem. exemplum īmediate patebit de
celebrando, cuius ratio eſt. quia orta eſt ex diligē-
tia preparationis excuſatio. ¶ Quarta igitur con-
cluſio ponitur pro exemplo ī materia cōmunicā-
di, uel celebrādi: ubi requiritur ſtatus gratie, et ca-
rētia peccati mortalis. Concluſio igit eſt iſta. Nō
oīs ſcrupl's, aut dubitatio de peccato mortali, neq
oīs īdeuotio, aut deordīatio, aut nō attētio īpedi-
unt de neceſſitate celebrātis dignitatē. patet. quia
certitudo moral' de q̄ dicet q̄ ſufficit cōpatit ſecū

vacillationem quandā animi, aut heſitatōem: aut ſuſpitōem ſeu ſcrupulos: ꝙ homo nō ſit ſufficiēter diſpoſitus, aut ꝙ īpedimento ligatꝰ ſit. ¶ Quinta cōcluſio Ad digne celebrandū & abſq; temeraria pſumptōe & īputabilitate ad nouū peccatum non requiritur certitudo euidentie ſuper celebrātis dignitate: ſed ſufficit certitudo moralis. patet quia tunc nullus quantūcunq; purus et iuſtus deberet celebrare: nec hoc poſſet abſq; diſcrimine ſi ei non fieret reuelatio ſpecialis. ¶ Vbi dicit ꝙ certitudo triplex eſt ī genere. vna ſupnaturalis. altera naturalis. tertia moralis ſeu ciuilis. ¶ Certitudo ſupernaturalis ita ſe habet ꝙ nō ſtat aliquē ſic aſſentire et falli. & hec certitudo diuidit̃. quia quedā eſt euidētie clare, & intuitiue ī patria beatoꝝ. alia euidentie reuelate ī ꝓphetaꝝ illuſtratōe. et alia eſt ſolius adherētie in ſpeculo & enigmate, que nō euidētie ratōis īnitit̃: ſed auctoritati diuīe. qualem certitudinē fides habet, et preſtat ī cordibꝰ fideliū. Hec certitudo omnibus fidelibus dū in via pegrinant̃ conuenit. quos tanta certitudine nedū duodecī articulis fidei, ſed toti ſacre ſcripture neceſſe eſt credere actu vel habitu explicite vel īplicite. Alioqn dubius in fide īfidelis eſt. quā certitunē martyres adeo habuerūt, vt prius relinquerēt vitā q̄ fidem. Eſt enī quelibet trium ſupernaturaliū certitudinum tanta: ꝙ per nullam potentiam etiam diuinam et abſolutā fallax eſſe poterit: ali-

oquin deus negaret ſeipſū. ¶ Porro naturalis cer
titudo ſe habet ita ꝙ nō ſtat p naturā aliquē tali-
ter aſſentire: et falli aſſentiēdo: quā philoſophi po
ſuerūt nobis poſſibilem in primis pͥncipiis, et per
ſe notis: cognitis ſcȝ ex ſola apprehēſione termi-
noꝝ, vt ꝙ quodlibet eſt vel non eſt zc. poſuerūt
etiā in concluſionibus demonſtratiuis: et ī conſe-
quentia euidenti deductis p talia prīcipia. queād-
modū dixereūt mathematicā ſciam eſſe certiſſi-
mā. ¶ Certitudo vero moralis ſeu ciuilis tangitur
vna cū pͨcedenti certitudīe a philoſopho ī ethic.
ſuo pͥncipio. cuiꝰ ſentētia hec ē. diſcipliati ē ī vna-
qꝗ re certitudinē ꝗrere iuxta exigentiā materie.
Eque enī viciosum eſt inquit pſuadentē querere
mathemeticū: et moralem demonſtrantem. non
enī conſurgit certitudo moralis ex euidentia de-
monſtrationis: ſed ex ꝓbabilibꝰ coniecturis groſ-
ſis & figuralibus: magis ad vnam partē ꝗ ad alte
ram. Dicitur autem probabile qđ pluribus & ma
xime ſapientibus apparet verum. ¶ Ex ante habi
tis ſequitur ꝙ in humanis agibilibꝰ que tantā ha-
bent varietatem dicente Ariſto. & teſte experien
tia ꝙ viſu magis ꝗ arte conſtare videant̄. ſufficit
tertia certitudo qualis non ſemp omnes ſcrupu-
los abiicit, ſed ſufficit ut contēnat eos vel ſuperet
eos ſic operando: quaſi non ſint, vt clarius oſten-
detur infra ca. xviii. Sufficit igitur certitudo talis
qualē in materia morali cōſueuimus expetere, &

capere, que certitudo appellatur moralis ſeu ciui-
lis. Ad hanc itaqꝫ certitudinē moralem ſufficit ut
plurimū ꝙ homo exēpli gratia accedens ad miſ-
ſam diſcuſſerit ꝯſciām ſuā, ſicut feciſſꝫ ꝓ magna
re lucranda: aut in cōmodo graui deuitādo. & ꝙ
non ſit ſibi conſcius poſt hanc diſcuſſionē de pec
cato mortali, cum propoſito nō peccandi morta-
liter. ꝙ inſuper non noſcat ſe aliquod īpedimen-
tum legittimū per excōmunicationem aut credu
litatē habere. Conſentio itaqꝫ in hoc cum Duran
do. iiii. ſententiarū. d. iiii. Qꝛ talis & ſi eſſet in pec
cato mortali neſciēter: nec de eo expreſſam age-
ret confeſſionē reportaret unū ex duobus, aut re-
mitteretur ſibi tale peccatū uirtute ſacramenti. qa
uidetur facere quod in ſe eſt ad eius delectionem.
Non enī deus reqrit ultra poſſe. aut fieret ſibi di-
uinitus illuſtratio, et recognitio ſui peccati: quati-
nus per penitētiam illud dilueret, queādmodum
multis contingere probatiſſimum eſt, qui in ini-
cio ſui ſacerdocii in rememorationē redeunt plu
rimorum, & occultiſſimorum peccatorum. Simi
lem inueniūt gratiā illi qui nouiter ad frugē me
lioris uite ſe toto corde preparant.

ſufficit tibi gratia mea

❡ Capitulum. xv. quibus uiis quis ad talem cer-
titudinem uenire poſſit oſtendit.

Sed queritur ex quibus doctrinis colligiť
talis certitudo moralis? Reſpondetur ibi

dem q principaliter ex uno trium modorꝝ, quorum unus ꝓuenit ex alterius auctoritate. alter ex propria eruditione. tertius ex experimentali consuetudine. Sub primo uiuūt īſipientes & animales. Sub ſecūdo ꝓficientes & rationales. Sub tertio perfecti & ſpirituales. Conſonat philoſophus tradens tres huiuſmodi manenes ad doctrinā inueniri. ¶ Quart⁹ modus addi poteſt, uidelicet ex gratia gratis data, qua quidā faciliter agenda concipiunt, et ſcripturas (ut Auguſtinus) intelligunt. Quintū aūt genus deſperatū eſt ad doctrinā: qui neqꝫ doceri poſſunt, neqꝫ docentibus aſſentire uolunt. tales ſūt diſcoli plus q̃ multa ex brutis, que per humanā domantur induſtriā, ut canes, equi, ſimee, & aues aliq̄. ¶ Quo ad primū modū multi ſunt qui p alios erudiunt, recipiētes ab eis intelligentiam ſcripturarum. aut ſi nequeunt credunt ſaltem dicentibus, & obediunt. puta q religionū inſtituendarꝝ principalis cauſa fuit auctoritas reginimis, cui magis obediētia pſtaretur q̃ proprie rationi (que in pluribus dubia ualde eſt debilis, & īcerta) pualere. Similiter habet hec auctoritas reſpectu iuniorꝝ quorūlibet ad magiſtros, ſeu parētes. qm̄ iudiciū ꝓprie ratōis, uel nullū, uel īpfectū habent. Hec Pytagore ſchole ſeruabāt. Sic iubet dn̄s dicēs. Interroga patrē tuū, et dicet tibi maiores tuos, & annunciabunt tibi. Maiores intellige

qui multis expientiis eruditi ſunt ī agibilibus hu-
manis/quorum iudicia Ariſto. tradit eſſe recipiē-
da tanq̄ principia propter multa vidiſſe. Extendi
tur hoc ad eos qui reſpectu diuinoꝝ propter cō-
ſuetudinem exercitatos habent ſenſus: quales iā
in ſolitudine ſibi viuere ſufficiunt. ¶ Quo ad ſecū
dū doctrine modum per quē ſumitur in agendis
ſufficiēs et moralis certitudo: que oritur ex pͥma
eruditione/talis nutritur ex ſacre ſcripture ſtudio
ex vita debita theologorum. ex ingenio eleuato.
intuitu iuridico/& ex conſideratione circunſtanti
arum particulariū. Ex ſacre ſcripture inq̄ ſtudio
quale ſuadet ſapiens eccle.iii.d. Que tibi precipit
deus hec cogita ſemp̄: & in pluribus opibus eius
ne fueris curioſus. ſemel enī in ſcripturis ſuis lo-
cutus eſt deus: et idipm̄ nō repetet: quoniā ſuffi-
ciēter erudiunt & cōſulūt. tantūmodo relegant
puro fideli & ītegro corde/nō obſtāte ꝙ maliuo-
lis & incredulis tenebroſior inde naſcit̄ erroris ca
ligo: vt ī hereticis liquet & vicia ſua per ſcripturā
defendentibus. Nutritur dixi ex vita debita theo-
logorum. Eſt autem theologus vir bonus ī ſacris
litteris eruditus. ſicut etiam ſecūdum Ciceronem
orator deſcribitur: vir bonus dicēdi arte peritus.
Non quidem de theologi dico eruditione ſolius ī
tellectus/ſed multomagis affectus: vt ea que per
theologiā intelligit: traducat p̄ iugē ruminatōem
in affectum cordis: & opis executōem: quatenus

ſapiētia ſcđm nōmen ſuū ſapida ſit in bonis ſua
uiter et iocūde. ī malis triſtabiliter & acerbe: alio
qn tales iſtar vrie ferunt litteras dāmnatiōis ſue.
dant aduerſus ſemetipſos ex ore proprio iudiciū
pluſq̄ inficiunt exēplo vite q̄ iſtruunt verbo do-
ctrine. Ex īgenio etiā nutritur eleuato ſtudio iuri
dico . Si enī de quibus loquimur non ita in ſolis
conſtitutionibus et decretis memoriā ſuā debent
figere: vt quorundā mos ē, qn exerceāt intelectū
rationēq̄ conſulant ex quibus p̄ncipiis vel mora-
libus, vel theologicis originantur huiuſmodi cō-
ſtitutiones. qa ſic colluſtrabuntur lumine primo-
rū principiorum. q̄ ſi vel nolunt vel nequeunt:
credant vel illuſtratis. Recogitent inſuper preſtā
tiam humane conditionis, que ad hoc condita ē:
vt totum ſenſibilem mundum qui a deo progre
diens continuo fit vilior ī ſuis p̄tibus : quo a deo
longinquior: prout in elementis patet. & ſolis: et
lune lumine zc̄. Rurſus per ſenſuum portas in-
grediēs īprimendo ſpecies ſuas, & ſimulachra p
ītellectum agentē a corporalibus fantaſmatibus
ſpiritualiter factis reducantur in primū principi-
um. Sed ſunt nō cōmendandi quidā morales q̄-
rentes certitudinem quos ex doctrina nullum lu
men rationis mouet ad aſſenſum cuiuſcunq̄ agi
bilis, tantūmodo eis ſatis videtur ſi poterint dice
re hoc ſcriptum eſt . hoc talis doctor in ſcriptura
ſua ſenſit. hoc ali⁹ ita poſuit tales ſimiles ſūt aſpi

cientibus ſolū ſplendorem ſolis in montibus uer
ſo ad ſolē dorſo, quos nullus ſufficit digitus oſtē-
dentis attollere. quia deorſum oculū mergere ſo
liti ſunt, vbi non aſpicitur ſol niſi circūuolutus ca
ligine. Eſt enī natura lucis: nedū ſenſibilis, ſed e-
tiam intelligibis. ut q̄to longius ab origine protē
ditur: eo fiat debilior craſſior, et obſcurior. lumen
igitur ueritatis prefati recipiunt circunuolutū, ue-
luti quadā humane traditionis caligine. Ex intui-
tu inſuper nutritur iuridico. quia quando uenien
dū eſt ad agibiliū tractationem: oportet rurſum ī
inferiora reſpicienda deſcendere. alioquin fallerē
tur iſti ad precedentes per contrarium, ſi principi
orum lumen haberent: adeo ꝙ concluſionū uiſi-
ones obmitterent. exēplo aſtronimi cadentis ī fo
ueā, dū ābulans reſpicit aſtra. Perfectus igit̄ eſſet
qui cū iuriſta foret theologus, quales fuerunt pri-
mi doctores, ex quoꝝ ſentēiis decretales decreta
q; cōpacte ſunt. Poſtremo nutrit̄ ex circūſpectōe
circūſtantiaꝝ particulariū. Infinitā enī difficulta-
tem habet negociū morale, dū proſequi queritur
quia non ſufficit intelligere quid uerū ſit. & quid
rectū, ſicut cadit ſub arte tradere. ſed particulatas
circunſtantias, que uariabiles ſunt: neq; ſub arte,
neq; ſub doctrina ueniunt, circūſpicere neceſſe ē.
Igitur uideant etiā in primis ſtatum reipublice cū
moribus eam regētiū, ut ſcilicet iuxta ſoceri moy
ſi conſilium ſint uiri potentes, timentes deum. in

quibus ſit ueritas, & qui oderint auariciã. neq; ſit apud eos perſonarum acceptio. nec inconſtantia neq; conſilium deprauatum. Alioquin non exibit ex eis iudicium rectũ q̃tũcunq; fuerit poſtulatum, niſi ꝓuideret ex alto deus, qui per pueros, ꝑ iiquos, ꝑ bruta, et ꝑ demões exercuit ſepe iudicia iuſta zc. Verũ qa iſinita uni accidũt, eo ꝙ circunſtãtie iſinite iſinitis modis uariari poſſũt: nec per cõſequẽs ſub arte cadũt, aut eruditõe doctriali. Idcirco de eis obmittimus loqui. Nã ꝓpterea moralis certitudo ſub una regl'a tradi nõ poteſt, q̃ ſufficiat in omni caſu ꝯſciam agẽtis reddere ſecurã ſe nõ deliqſſe. qd ex euẽtu rerꝫ ſolet ꝑpendi ſepius. Ideo etiã ꝯſtituti ſũt i figura tres ciuitates refugii, fides, ſpes, caritas, cõtinentes penitẽtie lauachrũ: & immunitatis aſilum, quatinus pax conturbata per ea que ſe feciſſe formidat homo cõſoletur, & reformetur. Verba ſunt per totum Cancellarii.

¶ Ca. xvi. ſoluit agumẽta terrẽtia timidas ꝯſcias & declarat quõ ſpes cũ hũilitate haberi debeat: tã quo ad conſcientiam de preteritis q̃ de futuris.

R Elucet ex ꝑtactis quõ argumẽta ſcrupl'oſos terrẽtia, facilit' ſũt ſolubilia. Nãq; quidam eorũ terrent' ex regula magiſtrali, que dicit ꝙ faciens contra dubium incidit in peccatum. ſecundũ illud eccle. iii. Qui amat periculũ

peribit in illo. qbus reſponſum eſt per ca. xi. Alii
obiiciunt dicentes. Tutior via eſt eligenda quib⁹
reſponſum ē ca. xiiii. Non enī oportet ſemp tuti
orem viā eligere. quia ſtat aliā eſſe tutā que eligi
poteſt. Tutiorē enī viā eligere eſt conſilii: non p̄-
cepti. alias enī oporteret multos īgredi religiones
ſacras: in qbus tutius viuit̄ q̄ ī ſeculo. Non ſic eſt
ſed ſicut diuerſe vie tēdunt in vnā patriā terrenā,
quarū quelibet tuta eſt: et tamen vna tutior a-
lia. ſic etiā ad ciuitatē celeſtis patrie multis viis p̄-
uenitur tutis quaꝝ vna tutior eſt alia. ſcd̄m illud
pſal. vniuerſe vie domini miſericordia & veritas
ſed requirentibus teſtamentū eius, & teſtimonia
eius. ¶ Alios terret verbū Auguſti. dicētis. Tene
certū & dimitte incertū. qđ quidē verū eſt. ſed q̄
certitudo ſufficiat habitū eſt precedenti capitulo.
Nec auctoritas Auguſt. prefata eſt dicta de quo-
libet dubio: ſed ſolū de illo: in quod qs ſe ponit q̄
ſanus male vixit: et iā moriturus in īfirmitate pe
nitētiam primo poſtulat. an talis habeat verā cō-
tritiōem vel nō, quē peccata dimiſerunt: nec ipſe
peccata dimiſiſſe videt̄, & qui vltra peccare non
poteſt. hoc ē dubiū de tarde penitēte. & nil aliud
vult Auguſti. vt patet tā p magiſtrū ī. iiii. di. xx.
vbi dictā auctoritatē allegat. et ſumitur ex quodā
ſermone Auguſti. de penitentia cuius īicium eſt
penitētes. vbi ſic de morituro dicit. Due res ſūt:
aut ignoſcitur tibi, aut non ignoſcitur. quid horū

tibi ſit futurū neſcio. igitur tene certū, & dimitte incertū. ¶ Alii ꝓ ſe allegant ſanctū Thomā, qui quomodo ītelligendus ſit ſatis dictū ē ca. xi. Alii beatū Grego. adducunt dicentē ī epl'a ad Auguſtinū anglorꝝ epiſcopū. Bonarꝝ mentiū ē ibi agnoſcere culpā: vbi nō eſt. Sed ad illud reſpondet beatus Tho. xxii. q. xiii. arti. Dicendū īquit ꝙ ad bonitatē mentis ptinet, ut homo ad iuſtitie pfectionē tendat. & ideo ī culpā reputat non ſolū ſi deficiat a cōmuni iuſtitia quod vera culpa eſt: ſed etiā ſi deficiat a iuſtitie perfectiōe, qđ quādoqꝫ culpa non eſt. nō aūt culpā dicit quod pro culpa recognoſcit: qđ ad yronie mendacium ptinet. Hec ille. Conſiderēt allegantes prefatā auctoritatē qđ glo. ſuper verbo agnoſcere dicat. Ad declarationem eius verbi ut nouimus dicit: ꝙ qlibet poteſt ſe dicere peccatorē: dū tamen non credat cōtrariū. Et ſi obiicit' illud Auguſt. de verb. apli. & ponit'. xxii. q. ii. Cū humilitatis cauſa mentiris: ſi nō eras peccator anteq̄ mentireris, mentiēdo efficeris qđ euitaras. Reſpondet glo. ibidē ꝙ non contrariatur Auguſt. Grego. qa ī genere poteſt quis ſe dicere eſſe peccatorē. quia nemo ſine crimīe vixit. Item aduertant quid glo. aliorum theologorum dicat ſuper verbo agnoſcere, ſcꝫ agnoſcere id eſt formidare exemplo Iob, qui verebatur omnia opera ſua. Vnde Cancellarius ſuper eadem auctoritate dicit. agnoſcere inq̄ nō per aſſenſum

firmū.hoc enī ſtultū pericloſūq; fieret.ſed ſic doleat & peniteat homo poſtmodū: quaſi ueraciter in culpa teneretur. Vn̄ eccle. v. de propiciatu peccatoꝝ. noli eſſe ſine metu. Cū igitur allegat illud beati Grego. Bonaꝝ mentiū eſt ibi culpam agnoſcere zc̄. Videndum quatinus ſic agnoſcatur culpa: ut nō īdiſcrete īpediatur opatio iuſta. ¶ Et qa quidam multū ſcrupuloſi ſunt de rebus agendis aut dimittendis de futuro: de quibus iā prīcipaliter plura dicta ſunt. Alii uero ſcrupuloſi ſunt de actibus preteritis. Iccirco de eiſdē notat qui ſupra ꝙ qlibet debet et poteſt ſe ueraciter peccatorē eſtimare. quia in homīe duo ſunt. quedā que habet homo a ſe, uidelicʒ eſſe de nullo. ignorare de pluribus. habere īfectiones omnium potentiaꝝ, que ad peccatū ſunt prone nimis. uulnera inſup anime. habitus uicioꝝ & peccata forte actualia. quia nullus ſcit an ſufficienter cōtritus ſit ſuper eis. & an in agendis aut dimittendis plurimum errauerit. ſimilia multa defectuoſa ī nobis ſūt. Alia ſūt que habet homo a deo ſolū. utputa eſſentiā anime nobiliſſimā cum ſuis potentiis. uirtutes infuſas ad min⁹ fidei & ſpei, & ſacramentoꝝ caracteres. imo immediate a deo plus q̄ alia creatura habet corpus & bona fortune. propter priora bona poteſt & debet ſe homo ī iudicio conſcientie peccatorē timere, & ueraciter accuſare. nō tamen fir

miter credere, & ſentētiare: ſi fecit quod ī ſe eſt. Exēplo apoſtoli, qui dicit. i. thi. i. Venit deus peccatores ſaluos facere, quoꝝ primus ego ſum. Iuſtus enī in principio accuſator eſt ſui. quis gloriabit̄ mundū cor ſe habere? quis dixerit. inocens & mundus ego ſum? quis non conſtitutus ſub iudicio dei terribilis in conſiliis ſup filios hominū nō trepidauerit. Propter quod afflictus Iob ait. Verebar omnia opera mea, ſciens quia non parcis delinquenti. Et iterū. ſi uoluerit mecū contendere: nō potero reſpondere unū pro mille. Cui conformis eſt oratio illa eccleſia. Nō intres in iudicio cū ſer. tu. zc̄. Iteꝝ. Si īiquitates obſeruaueris domine: domine qs ſuſtinebit. pſal. Humilis etiā Yſa. ait. Omnes iuſtitie noſtre quaſi pannus mēſtruate. qs igit̄ iuſtitias ſuas uelut glorificabūdus oſtētauerit deo plus q̄ pannū confuſionis ſue mulier uiro? Quem deniq͡ non exterruerit apoſtoli uerbū dicētis. Nihil mihi cōſcius ſū, ſed ī h̄ nō iuſtificatus ſum. Cauſam reddidiſſe ſapiēs uidetur cū ait ſapien. ix. Cogitationes mortalium timide, & incerte ꝓuidentie noſtre. Et Hiere. xvii. prauū eſt cor hominis, & īſcrutabile. quis cognoſcet illud? Ego inquit dominus ſcrutans corda, & probans renes. Scio etiā inquit apoſtolus. Ro. ix. ꝙ nō habitat in me, hoc eſt ī carne mea bonū. Preterea conſtituat ſe homo in conſpectu tremēdi iudicii

dei ſapientiſſimi/qui omnia videt. potentiſſimi/q̄ cuncta iuſte plectenda nouit. ī via tamen propter bonitatē naturalē patris miſericordiſſimi/ibi conſcīa ſe quantū poteſt reā accuſet : ita ut teſtis fiat & actor de peccatis ſinglis. clamet p̄cordioꝝ vocibꝰ. Iſte eſt equiſſime iudex homo qui iuſto tuo iudicio dānandus eſt. ſic etiā ex rationabilibꝰ ſcrupulis velut granū a palea terit̃. ventis et motibus aqua purificatur maritima/et tenebra lucis fugatur preſentia/cū timoris ſcrupulis īcipit mundari conſcientia. Vnde fit ꝙ anima que diu agitata ē ſcrupulorū īpulſibus/velut acus tacta virtute magnetiue fortitudinis/ p ſpem diuine miſericordie quieſcere ſtudeat circa polum diuini auxilii. Spes igitur de infinita dei bonitate talē reū terrore diuini iudicii deiectum erigat/ne nimis deiiciatur timorū ſcrupulis: ſed de remiſſiōe cōfidat/credēdo uerbis dei certiſſimis q̄bꝰ dicit̃ ꝑ apl̄m. Si nos ipſos iudicaremus nō vtiq꜄ iudicaremur. In preſenti enī peregrinatōis exilio teſte pſal. Apud dominū miſericordia & copioſa apud eū redēptio. Ignoſcat preterea īimico ſuo reus de quo loquimur/& cū obſeruatione decalogi de peccatis conteratur p̄teritis/et certitudinaliter credat: certitudine quam expreſſimus ſe habere bullas/ nō ſūmi in terra pontificis: ſed eius qui de celo venit. noſq꜄ ad patrem celeſtē dicere docuit/dimitte nobis debita nr̄a: ſicut & nos dimittimꝰ zc̄. Math.

vi. Vbi poſt dominicā oratōem etiā ſtatim ſubiū
xit. Si enī dimiſeritis hominibus peccata eorū, di
mittet et vobis pater veſter celeſtis delicta veſtra.
Si autem nō dimiſeritis hominib⁹: nec pater ce-
leſtis veſter dimittet uobis peccata veſtra. Certiſ-
ſima deniq; non ſcrupuloſa ratione tenere debet
omīs homo uiuēs: q̄ ſine gratia dei dānat⁹ eſſet.
q̄propter humiliet ſe homo q̄tū poterit, & ſibi ui
leſcat ac cōculcet in cogitatōe ſua. qui nō h̄ret qd
deo dānanti reſpōdere poſſet: & qd obiiceret di-
centi. Amice non facio tibi iiuriā, accipe quod tu
um ē, & uade. quid eſt aūt tuū niſi peccatū, defe
ctus et mendacium. quia omnis homo mēdax.
ait pſalmiſta. Talem timorē laudabilis ſcrupl'i ha
buiſſe legit' ſanctus pater Agaton: qui moriens a
fratribus interrogatus an timeret, et an in opibus
ſuis confideret? Reſpōdit. In ueritate neq; timeo
neq; cōfido in operibus meis quouſq; uenero an̄
deū. quoniā alia ſūt iudicia dei, alia hominū. Et
tamen quia miſericordia ſupexaltat iudiciū dei:
ſpem in ſe omnino q̄tum poteſt actuet. ¶ Sūt au
tem quatuor meditationes velut tetragonus fir-
miſſimus per quas ſpes in te erigitur. Prima ſcri
pture ſacre iuſſio, ut ſperes. Alia diuine promiſſi
onis, ſi ſperes. Tertia immenſe dei bonitatis: ne
vnq̄ deſperes in ſuis miſerationibus. Quarta p̄-
prie fragilitatis, ne ſperes in te vel propriis uiri-
bus. Vt ſperes in eo, deus iubet in mille et ultra

ſcripture ſacre locis. Si ſpes deus erit merces tua magna nimis. teſte apoſtolo qui dicit. Fidelis de⁹ ſemetipſū negare nō poteſt. Ne deſperes. qa infinita ē dei miſericordia, q dicit petro. Math. xviii. Non dico tibi dimittere ſepties: ſed ſeptuagies ſepties, id eſt ſecundum omnes catholicos totiens quotiens peccare quis poterit in hac uita. Ne etiā in te ſperes. quia Hieremie. xvii. Maledictus homo qui confidit in honmine: et ponit carnem brachiū ſuū, et a domio recedit cor eius. Et idem Benedictus vir qui ſperat in domino. Audi quid de ſe confitetur Auguſtinus li. ſolilo. Sperabā inquit aliquādo in uirtute mea que nō erat uirtus. &cum ſic uolui currere: ubi magis credebam me ſtare, ibi magis cecidi. factuſqꝫ ſum magis retro q̄ ante. Dicebā enī hoc faciā. illud pficiam, fiebatqꝫ nec hoc, nec illud. quoniā de meis uiribus cōfidebam. Nūc aūt cōfitebor domine rex pater celi & terre. quoniā nō in fortitudine ſua roborabit' uir, ut nō glorieť añ te ſtulta preſūptio omnis carnis.

¶ Capitulum. xvii. quitam regulā declarat. ſ. ut quis credat ſapientibus & expertis, ac obedire debeat ſuperioribus in dubiis.

QVinta preterea regula principalis ualēs ad deponendū ſcrupuloſam conſciam ē obedientie humilis imitatio modis tactis

in precedēti capitulo. & de hoc etiā patuit ſupra .ix.ca.et pte.ii.ca.vii.Hec norma neceſſaria ē p̄cipue ſimplicioribus/ qui propria adinuentōe aut ſtudio uel gratia ſpeciali ſe qetare nequeūt. Deducit hoc tā auctoritate q̄ ratione.imo exēplo notabili antefatus Cancella.lectione .iiii. libri ſui de uita anime.hoc inquit unū generale dam⁹ documentū/credere uidelicet ſpecialiter ſapientiorꝝ/& bonorum iudicio. & contra cōmunes eorum ſententias non leuiter ſibimet formare ſcrupulos anxios/& timidos.fallor ſi non iubet ſapiens ꝓuer. iii.habe fiduciam ī domino ex toto corde tuo: & ne īnitaris prudentie tue. Et rurſus ibidem.xxii. Noli trāſgredi termīos antiquos quos poſuerūt patres tui.Hoc p̄cipue neceſſariū eſt apud religioſos reſpectu ſupiorū ſuorū. hoc & apud ignaros diuīarꝝ legū. qnetiā iuniores q̄q̄ theologicis litteris ībuti/talē debēt reuerentiā ſeniorib⁹/ī qbus uita cū ſcīa cōcordauerit/ut uix ꝓpter alias nouas pſuaſiōes q̄tūcunq; appentes ptinax vnq̄ ferat cito contra determinatiōes eorūdem aſſertio. Virtus quippe qualem habent genitam ex multis experientiis longe certior arte iudicatur/ & operatur . Porro iudicium rationis ſicut obtenebratur/ & luminoſa eius radiatio diuerſis uiciatur apparentiis/ per interpoſitionem nubiloſarum ꝑaſſionum/& prauorum affectuum etiam in litteratis.

Iuxta ſimilitudinē ſolis viſi per nubes: ſic p paucā iſtructionem ītellect⁹ in ſcientiis p̄ſertī diuinis cauſant̄ nōnunq̄ errores in eis, q ſe totos deuotōi tradere crediderūt: dū uolūt plus ſape q̄ ſibi ſatis erat. ¶ Ad p̄ſens etiā inducam⁹ exēplum de medico cui⁹ cōſiliis aliquādo parere debemus ſub pena peccati mortalis, dū ex tranſgreſſione ſui conſilii: vel ſcimus, vel ꝓbabiliter & vehementer formidamus, nos inebriandos & conſequenter trāſgreſſuros legē dei. Narrat preterea autentica p̄dicatoꝵ hiſtoria que vitas fratrū dicit̄. Ibidemq; refert venerabilis epiſcopus vlixionenſis prefati ordinis frater: quomodo quidā frater predicti ordinis defunctus poſt mortē viſus eſt a quodā viuēte eiuſdē ordinis fratre admodū ſcrupl̄oſo. Cūq; ſcrupuloſus viuus inter cetera de ſua a defuncto q̄reret conſcīa: reſpondit qui vita funct⁹ fuerat cōſule diſcretos, & acquieſce eis. Simile reperimus fere in beati Bernar. legēda vbi dicit̄. Qꝫ inter beati Bernar. diſcipulos erat quidā tantis īquietatus ſcrupulis: vt ad celebrādum nullo pacto auderet accedere. Dixit ei beatus Bern. poſtq̄ iſta percepit vade frater, & ī fide mea celebres. obediuit diſcipulus: et ſcrupulus ille omnis perpetuo diſceſſit. ¶ Sed di. aliquis ſcrupuloſus: vtinam mihi talis eſſet prelatus qualis erat beatus Bern. Crederem faciliter imperanti. Nunc vero dum ſupioris mei paruam ſapientiam conſpicio, non audeo meam

conſcientiā & ſalutē ſue fidei cōmittere. Reſpon
det Cancellarius. Quiſquis q̄ ita dicis, & ſapis: er
ras et deſipis. non enī cōmiſiſti te & ſalutē tuam
in manus hominis. qa prudens aut litteratus plu
rimum & deuotus: ſed quia tibi ſcd̄m regularem
inſtitutōem p̄poſitus eſt & prelatus: Q̄obrē obe
dias ſibi non vt homini: ſed vt deo iubenti: ſi ta-
men non contra deum precipiat. Et ſepe tanta e-
rit obedientia tua deo placētior, tibiq; fructuoſior
q̄to eſt ille indignior: cui propter deū nō refugis
ſubiici. Caueas ad extremū nedū queris ſecurita-
tem: nec illā adipiſcaris, & in grauē ruas diiudica
tōis et preſumptōis foueā. Idē expreſſe ponit be-
atus Bern. li. de preceptis & diſpēſa. vbi dicit. Si
tantope cauēda ſūt ſcādala puulorꝝ, q̄tomagis p̄
latorū: quos ſibi de⁹ equare quodāmodo ī vtroq;
dignat᷑: & ſibimet īputat, et illorū reuerētiā, & cō
temptū, ſpecialiter conteſtans eis. Qui vos audit
me audit: et qui vos ſpnit me ſpnit. An non de-
niq; hoc ipſum regula noſtra ꝓhibet vbi ait. Obe
dientia que maioribus debetur: deo exhibet᷑. Q̄-
obrem quicquid vice dei preceperit homo, quod
non eſt certū diſplicere deo: haut ſecus accipien
dum eſt omnino q̄ ſibi preciperet deus. Quid
enim ītereſt vtrum per ſe uel per ſuos miniſtros
ſiue homines, ſiue angelos hominibus īnoteſcat
ſuum beneplacitum deus. ¶ Sed homines inquis
facile falli in dei voluntate de rebus dubiis perci-

pienda, & precipienda fallere poſſunt. ſed q̄d hoc refert tua qui conſcius non es: preſerti cum teneas de ſcripturis. qa labia ſacerdotis cuſtodiūt ſciē tiam, et legē eius ex ore reqrunt. quia angelus domini excercituū eſt. Requirunt dixerim legē non qualem auctētica illa ſcriptura tradiderit, uel manifeſta ratio ꝓbauerit. De huiuſmodi quippe nec preceptor exſpectandus, nec prohibitor auſcultā dus eſt. ſed q̄d ita latere aut obſcurū eſſe cognoſcitur: ut in dubiū uenire poſſit. vtrū nā deus ſit, an aliter forte uelit, ſi non de labiis cuſtodientibꝰ ſciam, & ex ore āgeli dñi exercituū certū reddatᷣ. A quo deniq; potius diuīa cōſilia reqrentur q̃ ab illo cui credita eſt diſpenſatio miſterioꝝ dei? Ipſū proinde quē pro deo habemus tanq̄ deū in his q̄ aperte nō ſunt contra deū audire debemns. Vñ Raymūdus: qui inter iuriſtas ſtricte ualde uidetur fuiſſe conſcientie in ſua ſūma libro. iii. de ſententia precepti, & diffinitionis & excōmunicationis ſic dicit. Virtus ſiue efficacia precepti eſt quia ſub ditus teneᷣ de neceſſitate obedire precepto prelati ſui: alias peccat mortaliter. quia ariolus et idolatra dicitur. vbi tamen ſi precipiatᷣ aliqd contra deum: nullo modo eſt obediendum. quia tunc obedire debet quis magis deo q̃ hominibus. Si tamē dubitat ſubditus, utrum ſit contra deum uel non illud quod precipitur debet obedire. niſi eſſet tale

quid in quo nullo modo eſſet excuſabilis ignorã tia, puta articulus fidei. precepta, uel prohibitiões uel generale ſtatutũ eccleſie. Ad idem eſt Goffri. in ſũma. & ad idem eſt Henricus de gand. qdli. viii. q. xvi. di. Si eſſet certũ ꝙ preceptũ ſuperioris eſſet cõtra deũ, eſſet cõtẽnendũ. ſed ĩ dubio an ſit cõtra deũ ꝑcepto prelati ſtandũ eſt. quod & ſi eſt cõtra deũ, ꝓpter bonũ obedientie, non peccat ſub ditus: peccat tamẽ ꝑlatus. xxiii. q. i. quid culpat. in fine, vbi pulchre p Auguſtini uerba probatur, ꝙ ſubditus excuſatur ſi obedit domino, quando dubitat ſubditus an ſit bellũ iuſtum uel iiuſtum.

¶ Capitulũ. xviii. deducit ſextã regulã, & docet animoſe pugnare contra ſcrupulos, & quid ſit liberũ arbitriũ, argumẽtũ, uolũtas. ratio, & ſimilia.

SExta proinde regula ad euadendum inordinatos ſcrupulos conſcientie eſt ſcrupulorum animoſa abiectio, cum ſcilicet ſunt leues aut friuoli, contra efficaciores aliorum rationes, uel contra auctoritatem prelati, vbi non eſt quidꝗ determinatum ab eccleſia, uel in ſcriptura manifeſte cõtentũ. ut ſupra. ca. xi. ſatis dictũ ẽ. Valẽt ad hoꝝ ĩordinatoꝝ ſcrupulorũ abiectionẽ ea ꝗ dicta ſũt ꝑcedẽti capitulo. Vñ cãcellarius

tractatu de pollutõe. Mille ſurgunt apud aliquos tales ſcrupli more canũ oblatrãtes, et lacerare minantes ipſos qui volunt ire p viã dei: quos conuĩcere & cõpeſcere melius q̃ per contẽptum nequius. tantũmodo ſit contẽptus iſte timoratus & regulatus, nõ abſq; preuio alterius preſertim ſuperioris conſilio: alioquin timor ĩordinatus facit caſum: aut precipitat incõſulta preſumptio. ¶ Sunt itaq; nõnulli & plures qui fortis ſunt fantaſie qui pterea ſepe trepidãt timore vbi iudicãt nõ eſſe timendũ: tales debẽt ĩniti cõſilio ſuperiorꝝ, et prudentũ, & contra talẽ ipſorꝝ vacillatõem audacter operari. ſic enim plerunq; vincetur, abibitq;. Qui vero rẽnuunt credere ſuperiorũ & prudentũ cõſilio: ad tales ſcrupulos deponendos, & ad agendum contra eos: errant multipliciter. Primo per arrogantiam, & ſuperbiam preponendo iudiciũ ſuum et prudentiam aliorum iudicio et conſilio. Rurſus tales vix aut nunq̃ deuotionem habebũt ſolidam, nec pacem conſcientie ſue a talibꝰ. Ac p inde carebit locus aĩe ſue hoſpite illo: de quo propheta dicit. In pace factꝰ ẽ locꝰ eius. Et ĩ tractatu de regul' moralibꝰ dic. Cõſiliũ ſalubre ẽ frequẽter agere contra ſcrupulos leues & trepidos, vitando eos ad aliorũ iudicium: quatinus ex conſuetudine fiat homo robuſtus ſolidus & tranquillus in exercitio ſpirituali. Exemplum in domificatoribus & funibulariis. Ad idem in tractatu ſuo de

contractibus ſic dicit. Probabilis certitudo ſufficit in moralibus, vt nō exponat ſe quis piculo ſicut dicūt doctores de celebrante miſſam, et ſimilibus vbi requiritur ſtatus gratie: ꝙ ſufficit ad hoc probabilis coniectura. quia certitudo alia ſine reuelatione non habetˀ prout ī moralibus dicit Ariſto. ſumēdam eſſe certitudinē groſſe & figuraliter: q̄ certitudo non remouet in vna parte omnē probabilitatē vel opinionem alterius partis: licet magis declinet ad iſtā q̄ ad aliā, qđ ſufficit. īmo ſcrupuloſis & formidoloſis coſcientiis ſepe conſiliū ē in oppoſitū aſſidue agere: preſertim ex īperio & conſilio doctorꝝ. Hec ille. Ad idem eſt liber de eruditōe religioſorū cuius auctor fuiſſe videtˀ Hūbertus, qui vocat ſcrupuloſos puſillanimes ī hec verba. Sepe cauſa puſillanimitatis eſt complexio quā etiā augent cibi, ex quibus humores melancolici generantˀ. vel augetur etiā ex frequēti actu timēdi. auget etiā eā nimiū ieiuniū, vl̓ nimie vigilie: uel nimia ſollicitudo ſtudii, vel alterius modi. Habenti autē hanc tēptationē vtile eſt ut uiſionē quā timor ille introducit, non reputet conſciam. & eo ipſo viſionem ſuſpectā habeat, ꝙītroducta eſt a timore, & ſufficienti deliberatione eam examinet cum timor ceſſauerit. Sicut enim ira impedit animum ne poſſit cernere verū: ita & timor. Et in his que introducit puſillanimitas magis credat iudicio alieno q̄ ſuo. Cum vero viſionem per

ſe, uel p aliū errorē eſſe dep̄hēderit: audacter cō-
tra talē timorē poſtea pugnet. Sicut enī timēdo
timidi, ita audendo audaces efficimur. Valet etiā
ut ab his ſe cuſtodiat que puſillanimitatē augēt.
Hec enim inſtrumenta ſunt demonis. ideo utilis
eſt oratio. Hec ibi. Docet etiā ſcrupulos dubioſos
deponere, et cōſilia fixa tenere ſacra ſcriptura ec-
cleſiaſtici. xxii. vbi dicit ſapiens. Sicut loramentū
lineū colligatū in fundamento edificii non diſſol-
uetur: ſic & cor confirmatum in cogitatione con
ſilii cogitat⁹ ſenſati i omī tēpore uel metu nō de
prauabitur. ſicut palee in excelſis, et ſementa ſiue
impenſa poſita contra faciem uenti non pmane-
bunt; ſic & cor timidum in cogitatione ſtulti con
tra impedimentū timoris nō reſiſtit. Sed qa mul-
tis ſcrupuloſis uidet difficile, aut īpoſſibile ꝙ ſcru
pulos deponāt reſpectu quorundā contēptuum.
Iccirco opus eſt uidere quomodo hoc eſt poſſibi-
le habenti uſum rationis, & uolūtatis, perfectum
ſaltem. Pro cuius intellectu notande ſunt diffi-
nitiōes liberi arbitrii īperii eius dictaminis, ratiōis
& uolūtatis. Eſt enī ut dicit cancellari⁹ de regulis
moralibus liberum arbitriū, facultas rationis atꝙ
uoluntatis, potens imperare ceteris uiribus cog-
nitiuis, et affectiuis, īmo ratiōi. et quādoꝙ uolūta
ti cū ceteris reſpectib⁹. Imperium liberi arbitrii eſt
dūium ratōis dictātis aliqd mot⁹, et uolūtatis exe-

quētis ipſū in īferiores uires, uel tanq̄ īferiores in hoc obediētes. Dictamē autē rationis exprimit̄ p uerbū indicatiuū, uel modū indicatiuū. ut hoc eſt faciēdum. executio per uerbū īperatiuum: ut fac hoc. Ratio eſt potentia anime cognitiua reſpectu concluſionū deducibilium ex principiis libera. libera ſecūdum aliquos eſſentialiter, ſecundum alios ſolum participatiue. Sed uoluntas eſt potentia aīe affectiua rationalis. hec ex cognitōe rōnis poteſt ceteris omnibus equaliter ſe habentibus elicere actus ſuos immanentes. Actus autem īmanentes ſunt uelle & nolle: deliberatū. & act⁹ qdē medius ſuſpenſiuus, uel expımētatiuus. Nota p̄terea regulā ſupra. xiiii. ca. videlʒ. Nō omnis deliberans agit ex deliberatōe zc̄. Rememorāde ſunt etiam diffinitiones ſcientie, opinionis. credulitatis & ſimilium poſite ſupra primo capitulo.

¶ Ca. xix. latius docet idē ratiōibus quō ſcrupuli ſunt abiiciendi.

P Reintellectis igitur nominum ſignificatōibus facile erit uidere quomodo qs poteſt, & debet ſcrupulos, aut contēpnere non curando: aut deponere ratiocinando. Pro quo aduertendum eſt id quod dicit Vuil. pariſiēſis in de fide & legi. in principio ꝙ ſcilicet de operationibus intellectus, ſolum credere bellū habet.

Cōprehendimus autem dicit opinari in eo quod eſt credere. Credere eſt enim vehementer opinari. Scire autē non habet bellū ꝓpter firmitatē ſuā niſi ſophiſticū. quod tamen luminoſitate ſuā nō tā vincit̄ q̄ uelut nebula diſſoluitur. Cogitare aūt bellū habere videt̄ propter cogitationes que īpro biſſime ſe ingerunt. quod euidentiſſimū & duriſ ſimū eſt in cogitationibus blaſphemie. ſicut et cogitationes munde vix obtinent̄. Vñ. ii. Corꝝ. iii. Non ꝙ ſufficientes ſimus cogitare aliquid ex nobis quaſi ex nobis: ſed ſufficiētia noſtra a deo eſt. Nec mirū. Ipſū enī cogitare volūtarium eſt: ideo bellū habet. Scire aūt non eſt voluntariū: quia eſt in eis que per ſe nota ſunt. & maxime in primis impreſſionibus non eſt in poteſtate arbitrii ſcire vel non ſcire propter ꝓximitatē ipſorꝝ ad intellectū, & vehementē īpreſſionem eorꝝ, q̄uis aliquo modo ſcientia voluntaria videat̄, ut ſtudere, īſpicere libros, et querere. & ideo laudabilia vel non.

¶ Sed obiiceres ſicut prima p̄ncipia ingerunt ſui ſcientiā et certitudinem: ſic prima probabilia credulitatē. ergo credere nō eſt voluntariū ī ipſis: ſicut nec ſcire ī iſtis. Reſpōdetur. probabilitas q̄tacunq; ſit nō īgerit credulitatē ſeu fidem ex neceſ ſitate hominibus intelligētibus, & exercitatis: cū ipſi certi ſint nō omne qđ videtur eſſe verū: verū eſſe. vel etiā ſimile vero eſſe verū. Idem aūt ē ꝓbabile quod veriſimile, & idem qđ videtur verꝝ.

Sapientum autem eſt tam a veri ſimilitudine et
probabilitate q̄ a ficto &falſo colore timere ſem-
per et cauere. Illud tamen verū eſt ꝙ ille qui cre-
dit prīcipiis ſyllogiſtice ordinatis neceſſe habet et
credere concluſioni. poſita credulitate prīcipioꝝ
neceſſitate non abſoluta, ſed conditionata. Volū
tariū tamen ſimpliciter eſt et liberū de omni pro-
babili, vt ei qs credat uel non credat: quoniā nihil
adeo probabile eſt: quod non habeat aut diſſuaſi
onē qua poſſit uideri falſum. aut ſaltē qua poſſit
uideri non credendū eſſe propter periculū erro-
ris. Sufficit enim ſapienti cū ueritatē apprehēde-
re nō poteſt: nō illudi a falſitate, et nō errare atq;
nō falli. quēadmodum et bellatori cū hoſtē ſupe-
rare non poteſt: ſatis ē ei ſi non ſupetur ab ipſo.
et negociatori cū lucrū capere nō poteſt, ſi dānū
euitet. Et ne putes philoſophantibꝰ leue damnū
credulitatis et opinionis errorē: hoc enī totis ſtu-
diis effugere cōtendunt: ne ſcȝ ſupentur ab erro-
ribus: et ne pro veritate quā q̄runt accipiant fallē
tem ꝓbabilitatē. aut ꝓ veri ſimilitudine mendaci-
um. ¶Notandū tamen ꝙ cogitare ſi nudū eſt: &
ſolū cogitare īforme eſt ualde, & materiale: ſi nō
habet aſſenſionē aut certitudinē, aut diſſenſionē.
Vnde nec ab ipſa materia ſupra quam cadit q̄tū
cūq; bona ſit: aut mala: vnq̄ formatᷣ aut denomi
natur: neq; vnq̄ habet ex ea laudem vel uitupe-
riū. Cogitare enī q̄tūcunq; horribile & q̄tūcunq;

deteſtandū malum/ſi nudum eſt ut diximus: nō eſt malum. ſicut nec uidere malum malū eſt q̄tū cunqꝫ uiſū malū ſit/dūmō uidere nudū ſit a delectatōe & aſſenſſione. Alioqn deus malus eſſet/q̄ omnia ſcit & uidet. Hec ille. Ex qbus patet ꝙ qs poteſt per liberū arbitriū opinionē aliquā uel rationem/uel argumentū/ uel auctoritatē paruā abiicere/contēpnere/nolle aſſentire. aut ſuū actū decredendo ſuſpendere: & ſcđm hoc conſciam ſuam informare. Ad idē eſt Matheus de cracouia. li. de ratiōali diuinoꝝ operū/ vbi ſic dicit. Hoc argumentū non eſt bonū. neſcio ſoluere dubiū qđ circa hanc concluſionem occurrit: igitur debeo de ea dubitare. ratio eſt. quia magna dubia occurrunt circa concluſiones geometrie/et infallibiliter demonſtratas. Itē ſimiliter circa fidei concluſiōes Item nulla ē materia tam facilis/quin ſubtiliter īueſtigantibus occurrant in ea/que uix aliquando aut nunq̄ forte plene poſſunt ſolui. Vnde cōcluſiōibus fidei/ uel rationi ſeu argumēto/ que fidei conſona ſunt: aut rationi que euidēs eſt/et generaliter approbata/uel aliis conſimilibus mēs indubitanter adhereat quouſqꝫ eque uel magis euidēs aut fortis ratio occurrat. que etiā ante aſſenſum plene diu probatᷣ. Et ſi hoc quidem facerent/non tam multi uacillarent. ſed quia multi uolunt ſtatim uacillare q̄cito occurrit dubium/ uel argumētū/ qđ neſciunt ſoluere: ideo multi erroribus implicantᷣ & dubiis/ac īfirmantᷣ in fide. & ſe ſciolos

putant: qđ peius eſt, uel aliis oſtēdunt. Hec ille. Vnde intuemur q̄ſi in luce quales ſint de quib⁹ dicitur eccle. xix. qui facile credit leuis ē corde, & minorabitur. Sed quid de illis, qui propter defectum naturalem, aut accidētalem melancolie uel manie ſcrupulos deponere non poſſunt. De qua īfirmitate naturali dictum fuit ſupra tractatu ilto ca. iiii. et. v. Reſpōdet ꝙ deus neminē obligat ad īpoſſibile ſcđm beatū Hieronymū. Et in his q̄ nō ſubſunt libero arbitrio ſecundum philoſophum nemo laudandus eſt, nec uituperādus. & per cōſequēs talib⁹ nec meremur nec demeremur. Nā Cācella. tractatu de pollutiōe. de tl'ibus ſilib⁹ ſic dicit. Dicūt doctores aliq̃ quib⁹ aſſentio ꝙ aliqñ nō tam meritoriū eſt credere, ſicut uelle credere: nec dolere ſenſualiter de peccatis, ſicut uelle dolere: & nō poſſe. ꝓbat p pſal. q̄ dicit. Deſideriū paupū exaudiuit dñs. p̄paratōem cordis eoꝝ audiuit auris tua. De⁹ inq̄t iudicat nos ſcđm ſupioris ratōis arbitriū, uoluntatē & iudiciū. & nō ſcđm ea q̄ nobis īuitis atqꜫ cōtra nitētibus portio ſenſualitatis īferior aduehit, & ꝓducit. q̄lia ſūt uolubilitas imaginationū, & fantaſiaꝝ. Stimulus īſup carnis, illecebroſus, aut vīcētes uacillatōes. Preterea timide & īcerte ſūt cogitatōes noſtre ſup agendis, et ſup eis credēdis, q̄ noſtris nequaq̄ ſenſib⁹ attingimus, & ꝯſilia. Decipiuntur ex hoc multi ex ſimplicibus, diſtīguere neſcientes inter ea que portio

anime ſuperior agit per ſenſum, & ea que portio inferior patit abſq ſupioris aſſenſu. darēt iccirco tales ſepe aliis ſalubre ꝯſiliū, qui neſcinut illud pre ſtare ſibi. Quare ſic ē? ob turbā certe paſſionū ſimul irruētiū tumultuantē, & rixalitatē. Hec ille.

¶ Capitulū.xx. ſeptimā regulā declarat valentē ad depoſitōem ſcruplorꝝ ꝑ epikeiā, cuiꝰ ꝓprietates ponuntur: & octuplex doctrina ſecundum eam datur: quarum tres declarantur.

Eptīa ex eodē poſtremo regl'a ꝓ ſcrupulorꝝ depoſitōe neceſſaria eſt pceptorꝝ diſcreta epikeyſatio ſeu īterpretatio vel declaratio. Eqtas enī dicit Cancel'. vbi ſup quā nominat philoſophus epikeyā: preponderat iuris rigori, vt inquiūt iuriſperiti. ¶ Eſt aūt equitas iuſtitia penſatis omnibus circunſtantiis pticularibus dulcore miſericordie tēperata. Hoc intellexit qui dixit. ipſe enī leges cupiunt ut iure regant. Et ſapiens. Noli eſſe iuſtꝰ nimis: alioqn ſūma iuſtitia ſūma iiuſtitia fit. Ambulandū.n.ē ī virtutū doctrīa uia regia: ut nec ſtrictiꝰ fiat dei mādatū nec latiꝰ: q̄ ipe mādauerit. q̄uis inde poſſint ſumere aliqui aut malicie velamen libertatis: aut econtra in deſperationē corruere. non tamen omnibus ꝓ omni tēpore, & loco predicandū aſſerimꝰ omnē ueritatē. Eſt igit epikeye virtutis ꝯſiderare nō nudū

preceptū,ſed circūſtantias omnes particulariter
ipſum veſtientes. Vnde philoſophꝰ. v. ethi. Epy
keya exiſtens interpretatiua legū,melior eſt q̄ iu-
ſtitia legalis. Item ſecundū hanc uirtutē precepta
dei & eccleſie ac p̄latorū ſeu iudicū benigniter in-
terpretari poſſumus. Nec valet ſi in contrariū di-
catur ꝙ eius eſt legem interpretari: cuius eſt con-
dere. Eſto enī ut dicit Iohā. de cābaco libro. xiiii.
de conſolatione theologie,ꝙ in foro cauſarū īter
pretatio nō ſufficiat,niſi que fieret a principe: vel
a legiſlatore. bene tamen ſufficit uirtus epikeye ī
foro conſcientie: nō ſolum circa precepta huma
na,ſed etiā circa precepta diuina. & tantomagis
circa diuina quāto deus rationabilior eſt magiſq;
benignus,q̄ quicūq; alius legiſlator. Vnde ſcd̄m
eūdem per uirtutem epikeye octuplicē doctrinā
conſcīe ſcrupuloſe proficuā colligere poſſumus.
Prima eſt ꝙ inter durā & benignā circa precepta
ſententiā: ꝑ benigna eſt potius ceteris paribus ī
terpretatio faciēda,vt per Vuilhelmum capitulo
vndecimo,& alios ſupra patuit. Cuius ratio ē. q̄a
precepta dei non ſunt ad tollendū omnem ſpiri-
tualem dulcedinē, qualis certe tollitur quādo q̄s
nimis ſcrupuloſe precepta īterpretatur & timide
nimis. Nam ſicut tinea veſtimento,& vermis li-
gno: ita triſtitia viri nocet cordi. prouer. xxv. Qd̄
Caſſianꝰ li. ix. inſtitutorū de vicio triſtitie loquēs
ſic exponit. Satis īquit euidenter ac proprie vim

noxii huius ac perniciosi vicii ſpiritus diuinus ex preſſit. Veſtimentū enī eſu tinearꝝ attactū nullius preciu, uel honeſti uſus poterit ulterius habere cōmerciū. Idemqꝫ lignū uermibus exaratū, nō ad ornatū, uł mediocris edificii, ſed ad cōbuſtionē ignis merebiť deputari. Ita igitur & anima que edaciſſimis triſtitie morſibus deuoratur: inutilis erit. uel veſtimento illo pontificali, quod unguentum ſpiritus ſancti de celo deſcendens, prius in barbā aaron, deinde in oram ſuā ſolere ſuſcipere sancti Dauid uaticinio perhibetur ſcd̄m illud. Sicut unguentū in capite quod de zc̄. quod deſcendit in orā ueſtimenti eius zc̄. Sed nec ad ſtructurā templi illius ſpiritualis atqꝫ ornatū poterit ꝑtinere, cuius Paulus architectus ſapiens poſuit fundamenta dicens. Vos eſtis templū dei, et ſpiritus dei habitat ī uobis. Quo circa chriſtus Mathei. xi. dicit cōſolando. Venite ad me omēs qui onerati eſtis & ego reficiā uos. vbi dicit beatus Hylarius. legis difficultatibus laborantes, & peccatis ſeculi inuolutos ad ſe aduocat. et poſtmodū de iugo euāgelii ſubdit. Igū enī meū ſuaue eſt. & onus meū leue. ¶ Secūda doctrīa ſecundū uirtutē epikeye eſt ꝙ nec deus, nec eccleſia intendit per ſua precepta obligare ad uix poſſibile alicui. Vñ ſanctus Tho. ſup. iiii. di. xvii. dicit. precepta iuris poſitiui nō ſe extendūt ultra intentionē precipientis, que eſt finis ꝓcepti. hec aūt eſt caritas. Et ꝑma. ii. q. xv. di.

Nullus obligatur ad īpoſſibile. Illud aūt īpoſſibile ad qđ nullus obligatur, uidet̄ ſecundū uirtutē epi keyeie in lege noua q̄ eſt pfecte libertatis interp̄tandū non ſolum de abſolute īpoſſibili: nec de eo etiā put dicti doctoris ſonant uerba, quod uix eſt poſſibile. utpote nimiā habēs difficultatē. alias nō appet quō intelligi poſſit illud chriſti cōſolatoriū. Onus meū leue. quō enī leue dicit̄: qđ multū aut nimis ē diffiicile. ¶ Tertia doctria eſt. Nec de⁹ nec eccleſia intendit mediātibus ſuis preceptis aliquē obligare ad hoc ꝙ ſit fatuus. i. talia p̄cepta loco et tēpore nō obligāt quēlibet vbi eoꝝ obſeruātia foret ridicl'oſa, ſaltē apud diſcretos & bonos uiros. Patet illud a ſimili de uotis ex diuino p̄cepto, deo reddēdis. ad q̄ deo reddēda, ſi ſint ſtulta, ut dicūt doctores cōmunit̄, nullus obligat̄. Auctoritas eſt ad hoc late Innocētii ī iure In glo. ſup ca. nouiter de ſen. ex. et eodē titl'o ca. cū medicīalis. li. vi. Ratio pōt etiā aſſignari. qa p̄cepta eccl'ie danť ex caritate, quod ſaltē p̄ſupponendū eſt, et p̄ſumendū. Sed quod ex caritate ſtatutū ē, nō debet cōtra caritatē militare, ut ait beat⁹ Bern. li. de p̄cep. et diſpen. Militarent aūt p̄cepta eccleſie cōtra caritatē ſi obligarent ad ſui obſeruantiā in caſibus quibus ea obſeruando fatuum aliquem iudicarent obſeruantem uiri boni & diſcreti ac deriderent.

¶ Capi. xxi. reſiduas quinqꝫ doctrinas deducit.

QVarta doctrĩa. Qui uult abſolui a debito
alicuius p̄cepti faciat in materia eiuſdē no
tabiliter ultra debitū. hoc enĩ faciendo: qs
ſpare debet firmiť ſe abſolutū fore a debito. Exē
pli gratia. teneris ex precepto dieb⁹ dominicis &
feſtiuis a ſeruilibus opibus abſtinere. Si aūt pluri
bus diebus in ebdomada, aut etiā regulariť a ſer-
uilibus uacare opibus conſueuiſti, preſertim va-
cando deo, & orationibus intendendo. & caſu te
contĩgat ĩ die feſtiuo quādam ob neceſſitatem a-
liquid operari: dūmodo hoc ſine ſcandalo nota-
bili fiat: te ꝑpter hec grauari ĩ conſcĩa non opor
tet. Patet hoc in ſimili. Nam ſi quis alicui tenere
tur in. v. ſolidis: &per modū muneris. xx. centū
vel mille marcas liberaliter ei daret: nūquid talis
deberet bene ſupponere ꝙ de. v. ſolidis alias ſol-
uendis quĩtatus eſſet. Eſt enim deus in infinitū li
beralior & clementior hominibus. Ad idem ſa-
tis expreſſe eſt Caſſianus coll'. pa. coll'. abbatis the
onis. ca. xiii. & in multis locis probādo ꝙ ieiunia
& alia huiuſmodi pro loco & tempore ſeruanda
ſunt et moderanda. Quadrageſime inqt lege qui
iuſtus eſt atq; ꝑfectus non teneť: nec exigui hui⁹
canonis ſubiectione cōtentus eſt: quem profecto
illis qui per totum āni ſpacium deliciis vel nego-
ciis ſecularibus ĩplicanť eccleſiaꝝ prĩcipes ſtatue-
runt, vt hac legali quadrageſimali neceſſitate con
ſtricti: his ſaltē diebus domino vacare cogerenť.

ac dierum vite ſue quos totos quaſi fructus quoſ
dā fuerant voraturi vel decimas domino dedica-
rent. Ceterū iuſti quibus lex nō eſt poſita/qui ſpi-
ritualibus officiis non exiguā illam.i. decimā par
tem/ſed totū vite ſue temp⁹ īpendunt.quia libe-
ri ſunt a decimaꝝ legaliū functiōe. Iccirco ſi eos
ſuperueniens honeſta & ſancta neceſſitas coarta
uerit: audent ſtationē ieiunii abſq; vlla diſceptati
one laxare.nō enī decimarū ab eis exiguitas mu-
tuatur/qui oīa ſua domino ſuo ſecū pariter obtu
lerunt. quod ꝑfecto abſq; ſummo fraudis/reatu
facere ille non poterit/ qui nihil volūtarie offerēs
deo inexcuſabiliter ſoluere decimas ſuas legis ne
ceſſitate cōpellitur. Illud tamen verbū Caſſiani ui
delicet. Quadrageſime lege qui iuſtus atq; perfe
ctus eſt non tenet͛/ſane intelligendū eſt ſic. videli
cet quia non tenetur eam ſecundū litterā adeo ri
gide & oneroſe obſeruare: quominus ipſam ſe-
cundū uirtutē epikeye interpretari ualeat: pro lo
co ſcꝫ & tēpore: dūmodo non contra intentōem
legiſlatoris ſeruare poſſit/ & etiā moderare. Per
quod quidem non remouetur quī quantūcunq;
iuſtus de lege cōmuni ſeruare teneatur precepta
eccleſie ſane ītellecta ſecundū intentōem precipi
entis. Ex premiſſis igitur patet ꝙ quis abſolui po
teſt pro tēpore a ꝑuo debito. Per hoc quidē ꝙ in
eodem genere notabiliter facit vltra debitū: maxi
me in caſu quo an illud ꝑuū ſit an non ſit debitū

dubitatur. ¶ Quīta doctrīa ꝙ in dubiis bonoꝝ ui
ta debet aliis eſſe uiuendi regula, ꝓut tactū eſt ſu-
pra ca. xvi. Ratio ē. qa tales ſecundū uirtutē epi-
keye pſumi debent habere rectū iudiciū. ¶ Sexta
doctrīa. In his que ſolū ſūt mala. qa ꝓhibita: mul
tū excuſat, uel in toto, uel i tanto cōſuetudo. īmo
in caſibus ex ui rationalis conſuetudinis, pſertī ſi
pſcripta ſit eſt cōtra ius ſcriptū mltotiens facien-
dū. Ratio dicti qa ſicut epikeya ē moderatiua uel
interpretatiua legū: ſic & cōſuetudo ē optima le-
gū īterpres, ſi de poſitiuis legibꝰ ſermo fiat. Et in-
de uita anime dicit Cancellarius. Omnis lex hūa-
na uel poſitiua poteſt abrogari, i eo ꝙ nō neceſſa
rio pticipat cū naturali et diuina. hec aūt abroga-
tio fit p ꝯſuetudinē oppoſitā. Iuxta qđ dicūt iuri-
ſte & uerū eſt ꝙ cōſuetudo eſt optima legū inter
pres. necvnq̄ dicenda eſt corruptela, niſi ubi legē
diuinā: aut naturalē ledere cōuicitur. Nā ſicut cō
ſuetudo dicitur altera natura, ſic lex cōſuetudina
lis q̄ſi lex naturalis habenda eſt. Fit tamen abro-
gatio eius ſicut aliaꝝ conſtitutionū p expreſſam
aut īterpretatiuā reuocatōem factā ab illo qui cō-
dendi habuit poteſtatē. Fit deniqꝫ abrogatio cau
ſa manifeſte dānoſitatis ſi lex iſta ſeruaretur. Pa-
tent hec omnia ex deſcriptōe & cōditionibus le-
gis bone. quoniā honeſta eſſe debet iuſta, poſſibi-
lis iuxta naturā et cōſuetudinem prime, loco tem
poriqꝫ cōueniēs, neceſſaria utilis, & manifeſta. ut

habet ex dictis Yſido. ¶ Ex his liqde conſtat q̄ temerariū eſt, & iniquū uelle omīa decreta ſiue eccleſiaſtica ſiue ciuilia, ad omne tēpus, ad omnem gentē, & patriā extēdere. Quoniā lex que ꝓ uno tempore, aut loco: aut perſonis eſſet utilis, eſſet ī aliis, loco, tēpore & perſonis īpoſſibilis aut dānoſa. īmo uelle ſic omnia ſtatuta ſtabilire hominū eſt delirantiū, & quaſi contendentiū, ut oppoſite leges ſimul obſeruent. Preterea poſitū eſt ī decretis. d. iiii. ꝙ leges inſtituuntur cū promulgantur. firmantur: cum moribus utentium approbātur. Igitur per argumentū a contrario ſenſu, ſi moribus utentiū nequaq̄ approbantur: ille nullum habent firmamentū. & ita populus habet multum in ſua poteſtate dare robur, aut tollere preſerti ab inicio. Quantū aūt de tēpore ſit neceſſariū vt conſuetudo uim legis habeat, uel arrogare habeat legem. Dicimus inquit vbi non eſt taxatum tempus a legibus aliis debet fieri abrogatio prout ſapiens iudicabit, nūc tardius, nunc citius iuxta neceſſitatis, aut utilitatis qualitatem. Veruntamen quia cōſuetudo eſt altera natura: leges aſſuete & quaſi iam in natura uerſe, non debent abſq; manifeſta neceſſitate, uel utilitate, uel tolli uel mutari ¶ Septima doctrina. Homo poteſt informare conſcientiam ſuam. dicit Pe. de pal. ſuper. iiii. di. xviii. ꝙ ubi homo non peccat mortalter, nunq̄ incurrit ſententiam excommunicationis iuris.

Excõmunicatio enim debet eſſe ĩ eccleſia ſicut ouis debet eſſe in ouili. quod eſt neceſſariũ ad bonum gregis, licet videat᷑ nociuũ vni oui. Si enim ouis morbida eſt: curet᷑ ſi poteſt. ſi non poteſt expellatur, ne totus grex ĩficiat᷑. & ſic vt ouile chriſti ſit ſanũ non morbidũ, quando vna ouis mortali morbo laborat: monitiõib⁹ moneatur. Si aũt per cõtumaciam appareat inſanabilis plaga eius: tunc ab ouili abiicienda eſt: ne cõtagione peſtifera plurimos ꝑdat. Vnde apl's. i. Cori. v. Ego enĩ huiuſmodi tradidi ſathane ĩ interitũ carnis, vt ſaluus fiat ſpiritus eius, ſcilꝫ & alioꝝ. Ex quo ſequit᷑ ꝙ excõmunicatio non niſi ꝑ mortali peccato debet infligi. qa ille ſolus iudicio eccleſie preſcindendus ẽ: qui iudicio dei creditur preciſus. Vnde cũ ſententia iuris non ſit iniuſta, poſſet homo informare conſciam ſuã. ꝙ ubi homo nõ peccat mortaliter: nunq̃ incurrit ſententiã iuris. quia iniuria dicitur eſſe quod non iure fit. Non autem debet vnde iura naſcuntur: inde naſci iniurioſa excõmunicatio. vnde cum ſit iniurioſa excõmunicatio que fertur ſine mortali: ideo nõ eſt ſententia iuris: vbi non eſt mortale peccatum. Octaua ꝑterea doctrĩa poteſt addi, quam tradit Iohannes de camba. in libro de culpa & gratia. q. xv. circa finẽ materie tertie cõcluſionis. Vbi cõtra eos qui dicũt ex ꝯſuetudĩe teneri quẽlibꝫ p⁹ peccatũ mortale etiã ꝯtritũ ꝯfiteri añ eukariſtie ſũptõeꝫ ſic dic᷑.

Si ĩquit eſſet de hoc cõſuetudo etiã generalis: & uim legis habens: tamen illa vim legis non excedit in obligãdo vel in artando. Et ideo ĩ quocũq; caſu ꝑtermittẽs faceret hoc qđ lex ĩponit poſſet excuſari a peccato. puta ſi hoc faceret ſine contẽptu, et per uirtutem epikeye: qua ratione ꝑiculi alicuius conſiderati poteſt quãdoq; fieri cõtra uerba legis, ſcđm ꝙ pulchre declarat ſanctus Tho. ii. q. xcvi. arti. vi. et. ii. ii. q. xix. arti. i. In eodẽ caſu uel cõſilii poſſet ꝑtermitti talis ꝯſuetudo abſq; peccato. puta ſi etiã pretermitteretur abſq; cõtemptu, & per virtutẽ epykeye attendendo periculũ anime, ratione nimie inuolutionis erronee conſcientie. Vnde et de conſuetudine Hoſti. ca. i. circa finem dicit ſic. Generaliter tibi trado vbicũq; cõſuetudine ſeruata aĩa piclitaretur, non valet. Hec Hoſti. quod poteſt intelligi vel ſimpliciter: uel in caſu quare zc. Hec Iohan. de cambaco.

¶ Capitulũ. xxii. ad ſciendũ quomõ ꝑcepta diuina et hũana ligẽt, diffiniunt leges diuine. et p. ix. concluſiones fit ꝑceptorꝶ aliquorꝶ interpretatio.

VErꝶ ut ſcrupuloſi p ꝑcepta nõ vltra q̃ neceſſe ſit ſe artari putẽt: de eiſdẽ quõ ligẽt q̃tum. qñ: vbi, et q̃liter, notande ſunt primo diffinitõẽs legum ſeu preceptorum. Cancell. deinde. ix. concluſiones eiuſdem ¶ Eſt igitur lex

multiplex.q̄dam eterna ſiue prima.alia naturalis
hominū,alia diuina hominū,alia priuata,alia po-
ſitiua,alia ciuilis & tēporalis,alia ciuilis & ſpiritua
lis,alia caritatis.Lex enī ī genere ē recta ratō prac
tica ſecundū quem motus et operationes rerum
in ſuos fines ordinate regulantur. Vel eſt ipſa ta
lis regulatio in quocunq̧.Lex eterna ſeu prima ē
beneplacitum,ſeu uoluntas ſuprema domini dei
preſtituentis rebus a ſe conditis fines ſuos & mo
tus,& operationes ad illas . Lex naturalis homi-
num eſt dictamen legis practicū, quod natus eſt
habere quilibet homo non īpeditus in uſu ratōis,
nec diſpoſitōe corporis,nec ex diſpoſitōe viciorꝝ.
Lex diuina ꝓprie eſt in hominibus, & eſt lex per
diuinā clementiā accepta ad regimen plurimorū
ꝓ fine beatitudinis principaliter ordinata.Primū
ponitur ad differētiam legis priuate. Aliud poni-
tur ad differentiā legis iudicialis in antiqua lege.
Lex priuata eſt per diuinā reuelationē accepta ad
regimen perſone ſingularis,uel paucorū. Eſt aūt
diuīa reuelatio illuminatio humane nature ratio-
nalis,ad quam habendam, uel modū habendi ip
ſa de cōmuni curſu ſibi indito nō attīgit. Lex hu
mana ſiue poſitiua,eſt lex per rationē ex lege na-
turali deducta in conſequentiis ꝓbabilibus ad fi-
nem debitum humane creature.Dicitur aūt pro-
babile quod pluribus & maxime ſapientibus ap-
paret uerum. Lex ciuilis & temporalis eſt lex hu

mana ad finem naturalē ſocialis uite bene regen
de īmediate uel pͥncipaliter ordīata/per illum qui
curam cōmunitatis gerit ſufficiērer promulgata.
Sed lex ciuilis & ſpiritualis eſt lex hūana/ex prin
cipiis creditis/uel ratione notis probabiliter dedu-
cta/ad finē ſupnaturalem immediate et prīcipali
ter ordinata: per illum uel illos/qui curam habēt
cōmunitatis ſufficienter promulgata. In his om-
nibus pro regula tenendum eſt ꝙ omnis obliga-
tio finaliter reducitur ad dictamen liberi arbitrii.
diuini ſic uolentis obligare creaturam . quod di-
ctamen nobis innoteſcit / uel in lumine fidei / &
gratie infuſarum: uel in lumine naturali ſignato
ſuper nos. Vnde practica iudicia ratiōis habemꝰ
aut per lumina ſciētiarum tam diuinarꝫ q̄ huma
narū ex duplici lumine priori emanantiū: aut po
ſtremo per expientie multiplicis luminoſum do
cumentum/per quod fit vt tam uirtus q̄ ars certi
us operentur. Eſt etiam hic aduertēdum ꝙ ī prī-
cipiis moralibus fit proceſſus: quandoqꝫ a notiori
bus/ut q̄ſi a poſterioribus. vt ex his q̄ uidemus ī
hūana policia aſſurgēdo ad diuinā legē. quādoqꝫ
fit ecōtra a priori/cōſiderando eas leges que natu
ra ſunt notiores: qualis eſt lex eterna. ¶ His pre-
miſſis ē hec cōcluſio pͥma. Solus deꝰ/& nullus a-
lius abſqꝫ cōmiſſiōe eiꝰ poteſt directe/et ꝑ ſe obli-
gare aliquē hominē etiā ſibi ſubditū/abſqꝫ eiꝰ cō-
ſenſu libero ad actus īteriores/& latētes habēdos

a

Solus quippe deus poteſt de talib⁹ iudicare . alii
aūt non niſi ex eius mandato et reuelatiōe: ſed tā
tum de exterioribus. Notanter vero dicitur dire-
cte & per ſe, et abſq; conſenſu libero. quia indire
cte & ꝑ accidens. uel ex conſenſu ſubditi hoc po
teſt fieri niſi ab interiori ꝓcedat. ¶ Scđa cōcluſio.
Qm̄ rationabile eſt, vt nullus homo aliquid pre-
cipiat niſi illud de quo poteſt agnoſcere iudicia-
liter ſcđm modū ſuū in foro ſuo. Iccirco finis et ī
tentio legiſlatoꝝ non cadūt ſub obligatōe ſubdi-
toꝝ, ſed tantūmodo opatiōes exteriores p̄cepto-
rum. Et ita dicens horas aut ieiunans in peccato
mortali aut intentione ſiniſtra: vel abſq; intentio
ne: abſoluit ſe a p̄cepto eccleſie, ſed nō apud de-
um. De negligentia autem ꝑuerſaq; intentōe ſe-
pius excuſatur. ¶ Tertia cōcluſio. Diſpenſatio p̄la
torum que eſt iuris cōmunis quedā relaxatio ſeu
mitigatio locum habet p̄cipue circa ꝑticulares ca
ſus, et perſonas ſingulares. quoniā aliqua ſtatuta
ſunt ꝓ cōmunitate que huic perſone uel illi, & in
iſto caſu uł ī illo nō ita cōgrue dinoſcunt̄. ¶ Quar
ta cōcluſio. Cōſentire cenſendi ſūt ſuꝑiores, ſaltē
īterpretatiue in abolitionē legū ſuaꝝ poſitiuarū:
q̄ndo paſſim eas diu nō obſeruari ſciūt, aut ſcire
poſſunt. & nec uerbo nec facto reclamāt. ¶ Quī-
ta cōcluſio. Lex nō īſtituit̄ niſi dū ꝓmulgat̄. neq;
vigorē habet, niſi cū moribus vtentium approba
tur. & hoc ſi ſit lex pure poſitiua ad ppłi regimē.

ſecus de diuīa atq̧ naturali diceret̃, cōtra quas nō eſt preſcriptio uel ad oppoſitum conſuetudo, ſed tantū corruptela. ¶ Sexta cōcluſio. In omni lege quantūcunq̧ poſitiua bene īſtituta aliquid eſt de iure naturali et diuino, vt ꝙ expedit homīes legibus regulari. ꝙ qui poteſtati reſiſtit: dei ordiātiōi reſiſtit, & ſimiles. ¶ Septima ꝯcluſio. Diſcernere ius diuinum, & naturale a poſitiuis ſicut eſt difficile: ita maxime neceſſariū eſt et vtile ī omni doctrina morali & politica. & hoc fieri perfecte neq̄t abſq̧ ſacra ſapientia: que legibus eternis īnititur atq̧ fundatur zc̄. ¶ Octaua concluſio. Eccleſiaſtici p̄lati reſpectu preceptorꝝ diuinorꝝ, & regule euangelice nullo modo cōditores ſunt, ſed dūtaxat quidā īterpretatores. expoſitores. precones doctoreſq̧. ¶ Nona concluſio. Interpretatio & limitatio vel expoſitio prelatorꝝ in lege diuina q̄diu prelati nō cognoſcūtur abuti ſua poteſtate: ſuſcipienda eſt reuerenter tanq̄ lex dei. Abuterent̃ autem ſi manifeſte imponerēt onera nimis grauia ceruicibus populi chriſtiani. vt ſi ad feſtiuandum quotidie, vel ad ſtatuta qualia habēt religioſi omnes paſſim reſtringere quererent.

¶ Capitulū. xxiii. declarat peccatorꝝ mortaliū & venialiū differētiā, et diffinitōem & ꝓprietatē.

PRoinde quia timorate ꝯſcīe ſcire vellēt in quolibet caſu vbi eſſet peccatum mortale & vbi veniale, vel nullum Iccirco quid de

hoc ſentiendum ſit reſtat declarandū. ¶ Vbi no-
tandum ſecundum ſanctū Thomā & alios circa
di. xxiiii. ſcdi. ꝙ omne peccatū eſt deuiatio ab ali-
qua lege naturali uel diuina, uel quacunqꝫ alia le-
ge recte poſita. Et qa omnis lex habet uim coacti
onis per penā. alioqn fruſtra fererētur leges, ſi eas
liceret īpune trāſgredi. ideo ſcḋm unamquāqꝫ le
gem illud peccatum dicitur mortale, quod pena
mortis dānatur. Veniale uero quod leuiori pena
punitur. Vnde Auguſtinus omel'. vii. ſup Iohā.
dicit ꝙ crimē eſt quod dānatōem meretꝛ. licet aūt
ꝓprie mors ſit priuatio uite corporalis. tamen ad
quandā ſimilitudinem priuari finaliter diuina ui-
ſione, & incurrere penam gehenne mors dicitur
ſicut & ipſa uiſio uita dicitur per chriſtum. Iohā.
xvii. Hec eſt inquit vita eterna, ut cognoſcant te.
unuſquiſqꝫ enim dicit vitam ſuā conſiſtere in eo
in quo delectatur. ideo propter ſummā delectati
onem que eſt in uiſione beata. in ipſa dicitur uita
noſtra conſiſtere. & in eius priuatione cū afflictōe
gehēne mors. Sic igitꝛ quo ad theologos quoꝝ ē
conſiderare humana opera quatinus regulentur
lege diuina, peccatū mortale dicitur quo quis me
retur hanc penā. Sunt aūt quedā peccata morta-
lia ex genere actus. quedam venialia ex genere ac
tus, uocando genꝰ actus rationē quā ſortitꝛ actus
ex matꝛia, uel obiecto. Et ſic ueniale diſtinguitꝛ cō-
tra mortale iuxta diſtinctionē materie in qua pec

catur hoc modo. quia peccatū eſt quedā infirmi-
tas anime. Et ideo ſicut in morbis morbus ille di-
citur mortalis, qui infallibiliter inducit priuationē
vite corporalis. Sic in peccatis illud dicitur morta
le, quod inducit priuationem principii ſpiritualis
vite. Veniale autem dicitur illud quod talē priua
tionē non inducit. Principiū aūt quo uiuimus ſpi
ritualiter eſt caritas, per quā homo ordīatur bene
ad deū et ad ꝓximum, et ad ſeipſū. et ideo illud ē
peccatū mortale ex genere ſuo, qđ repugnat dile
ctioni dei, proximi, aut ſui. Dei, ut facere ꝯtra ſpē
fidem, &caritatem, periurium cōmittere, et ſimi-
lia quo ad tēpus, & alia ſacra q̄ precipiunt̄ in pri-
mis tribꝰ mādatis decalogi. Proximi ſicut de ho-
nore parentū, homicidio, mechia, furto, et falſo te
ſtimonio. & ſimiliū q̄ ſūt cōtra ꝓximū. Sui uero,
ut in actibus īterioribus, qui cōprehenduntur ī ul
timis duobus mādatis. ſ. nō cōcupiſces rē ꝓximi
tui, aut uxorē zc̄. Hec enim & ſimilia peruertunt
debitum ordinem ſubiectionis ad deum, et fedus
humane ſocietatis ad proximum. propter quod
ex genere ſuo ſunt mortalia peccata. quando ue-
ro uoluntas peccantis fertur in illud, qđ in ſe qui-
dem cōtinet quādam inordinatōem. & tamē nō
cōtrariatur dilectioni dei, aut ꝓximi, nec tollit or-
dinē debite ſubiectōis ad deū, nec fedus humane
ſocietatis ad ꝓximum. ſicut verbū ocioſum, riſus
ſupfluus, et ſilia. talia dicūtur venialia ex genere.

Ad hoc videtur accedere dictum Rich. de ſanc. vict. li. de differētia peccati mortalis et venialis, vbi dicit. Mortale peccatū eſt qđ a quouis non poteſt cōmitti ſine grandi corruptiōe ſui. ſine graui leſione proximi, & ſine magno contēptu dei. Cetera vero omnia videnť mihi uenialia. ſuper quo dicit Aureolus quodli. ii. q. xv. Ex iſto videť poſſe accipi ꝙ mortale eſt iordinatio grandis valde: ac ꝑ hoc oppoſita ordinationi non parue, ſed magne & neceſſarie ad finem conſequendū. veniale autem deordīatio leuis & parua eſt. et ꝑ hoc oppoſita ordinationi vtili ſiue congrue uel accōmode: nō aūt ad attingendū finē neceſſarie. Ad idē uidetur eſſe ſanctꝰ Tho. ſūma contra gentiles li. iii. ca. xiiii. ſic dicens. Peccať mortaliter quādo totaliter intētio mentis abrūpiť ab ordine ad deū, q eſt vltimus finis bonoꝝ. In eo enī q peccat mortaliter omnino auertitur intentio volūtatis a fine vltimo. In illo autem qui peccat venialiter manet intentio conuerſa ad finē, ſed aliqualiter īpeditur ex hoc ꝙ plus debito inheret: his que ſunt ad finem. Hec Tho. Et ibi ex intentione conatur tradere differentiā peccati mortalis a ueniali. ¶ Differūt igiť mortalia peccata a venialibus ſimilitudīe multorum actuum aliorū defectuoſorum, videlicet ſicut cōmeſtio cibi mortiferi a non mortifero. ſicut uulnus letale & īcurabile per naturam a curabili per naturā. ſicut īfirmitas certitudinaliter

mortē inducens ab infirmitate vitam non priuā-
te, ſed ſanitatem pro parte adimente: ſicut offen-
ſa pro qua quis ab aliqua ciuitate perpetuo exilio
& carceri dānatur aut morte plectit᷑: ab offenſa q̄
temporalē penā meret᷑, ſicut actus quo omne lu-
men oculis ſubtrahitur: ab actu quo ocl̄i per me-
diū ſubtile lumē intuent᷑: ſicut infectio radicis ar-
boris alicuius a leſione ramuſculi alicius ī eadē ar-
bore. & ſicut curſor ī uia uadēs ī cōtrariū termīo
ad quē: ad eū qui uerſus terminū ad quē vadit
claud⁹ ſtās uel pauliſper a via deuians.

Capitulū. xxiiii. ꝙ p peccatū mortale caritas p-
dit᷑. & ꝙ ſcire nō poſſumus ſemp vbi ſit peccatū
mortale: īmo q̄ piculoſū ſit illud diffinite oſtēdit.

EX p̄miſſis & p eoꝶ latiori manifeſtatiōe
ponant᷑ cōcluſiones. Prima concluſio.
habitus caritatis eſt vita anime. patet per
Auguſtinū. iiii. de trnitate. ca. ix. dicētem. Mors
ſpiritus eſt a deo deſeri. mors autē corporis a ſpi-
ritu deſeri. Nec ītelligas deum ſeparari ab anima
abſolute. Eſt enim aliqualis preſentia dei anime
ipſi etiam peccatrici, ſed non ſecundū illum effe-
ctum dei ſpiritualem: per quem deus animā vi-
uificat. talis aūt effectus eſt caritas. qa nullus effe-
ctus ſine caritate valet, ut dicitur. i. Corinthi. xiii.
Separatur autem deus cum effectū talem ſui ſub
trahit. Secunda concluſio. Nullus actus de ge-

nere moris in habente uſũ ratõis eſt ſimpliciter i-
differẽs, neq; quo ad bonitatẽ moris: nec quo ad
meritũ, uel demeritũ, ſaltem boni temporalis. ſa
tis patet p ſanctũ tho. prima. ii. q. x. Ideo qui mi
nima negligit, paulatim decidit, et in maiora pro-
labitur. Nam ueniale peccatum et ſi non perimit
de per ſe uitã gratie, q̃ eſt uita prima. infirmat ta-
men operationem eius, que eſt uita anime ſecun
da. & ad mortem ſi multiplicetur diſponit. retar-
datq; a profectu meriti, & ab acceleratõe uiſionis
dei. In uia eni dei nõ ꝓgredi regredi eſt. ¶ Tertia
concluſio. Deus uitã ab anima non ſubtrahit, niſi
anima prius uitam deſerat. ꝓbatur per Auguſti-
nũ in de uera et falſa penitẽtia: dicentẽ ante finẽ.
Deus cũ incipit ſemel benefacere niſi dereliquere
mus eũ, eiuſq; beneficium, quod omnino noſtrũ
eſt, cum prior ſit inſpirando: cogitur ex neceſſita
te iuſte miſericordie neminẽ poſſe pri⁹ reliquere.
Nõ. n. ſui ẽ relinq̃re niſi relinq̃ntẽ ſe. Idẽ ĩ de na-
tura & g̃tia. Deus nõ deſerit niſi deſerat, ut pie iu
ſteq; uiuatur. Et. xiii. de ci. dei. capi. xii. Aliq̃n ani
ma deſeritur a vita ſua, que illi deus eſt. nõ deſer-
ta eſt ut deſereret: ſed ut deſereretur deſeruit. ad
malum enim prior eſt uoluntas eius. ad bonũ ue
ro prior eſt uoluntas creatoris ¶ Quarta conclu-
ſio. Licet in multis ſcire teneatur quis ubi cõmit-
titur peccatum mortale: nullus tamẽ tenetur ſci-

re, nec ſcire poteſt ſpecialiter in omnibus difficul tatibus, an ibi ſit peccatum tale. Prima pars patet ex prima parte capi. iiii. et. v. alias enim ignorans ignorabitur. Secunda pars patet de multis mate riis: vbi doctores cōtraria opinanť. Illud etiā ſentire uidetur Auguſtinus. xxi. de ci. dei. capi. vlti. dicēs. Quis iſte ſit modus. & que ſint ipſa peccata, que ita īpediunt peruentionē ad regnū dei: ut tamen ſanctorū amicoꝝ meritis īpetrent īdulgē tiam difficillimū eſt inuenire. periculoſiſſimū eſt diffinire. Ego certe uſqꝫ ad hoc tēpus cū inde ſatagerem ad eorū indaginē peruenire non potui: fortaſſis et propterea latent: ne ſtudiū proficiendi ad omnia cauenda peccata pigreſcat. quoniam ſi ſciretur que uel q̄lia ſint delicta, ꝓ quib⁹ etiā per manētibus, nec prouectu uite melioris aſſumptis interceſſio ſit inquirenda ſanctoꝝ, et ſperāda: eis ſecura ſe obuolueret hūana ſegnicia, nec euolui talibus īplicamentis: ullius uirtutis expeditōe curaret. Quinta cōcluſio. Valde piculoſū eſt diffinire aliquid eſſe peccatū mortale, niſi hoc conſtet multū euidenter. Patet hoc per prefatam Auguſtini auctoritatem. ubi dicit. Difficillimū eſt inuenire. piculoſiſſimū ē diffinire. Vn̄ ſanct⁹ tho. qdli. viii. q. xv. dicit. Omīs q̄ſtio ī q̄ de pctō mortali q̄riť niſi expſſe ueritas habeať picl'oſe determina tur. q̄a error quo nō crediť eſſe peccatū mortale

quod peccatum mortale eſt, conſciam non excu
ſat a toto: ſed forte a tanto. quod intellige: ut ca-
pitulo ſcđo dictū ē. et. ꝑ. i. ca. iiii. et. v. Error vero
quo creditur eſſe mortale qđ mortale nō eſt: con
ſcietiam ligat ad peccatū mortale. Precipue uero
periculoſū ē vbi ueritas eſt ambigua. Vnde Can
cellarius de uita anime dicit. Doctrina ſalubris ꝓ
doctoribꝰ theologie eſt: ut nō ſint faciles aſſerere
actiones aliquas, aut omiſſiones eſſe peccata mor
talia, preſertim ſub uerbo vniuerſali, & dū predi-
candum erit ad populū. A litterato īquit & expꝰ-
to uiro accepi ꝑniciosum eſſe in omni arte uel do
ctrina aſſertionem audacē et extremam maxime
ubi obſeruatō cōmunis omittitur: obuiatq;. Itaq;
debet quilibet nunq̄ obliuiſci q̄ incerta eſt ſcientia
noſtra: ita ut idem homo ſepe breui momēto tē-
poris, nūc in hanc nunc in oppoſitā feratur ſen-
tentiā. Fit p̄terea qn̄q; ut per tales aſſertiones pu-
blicas nimis duras generales & ſtrictas: preſertim
non certiſſimas nequaquam eruantur homines
a luto peccatorum: ſed in illud ꝓfundius, quia de
ſperatius īmerguntur. Varii preterea caſus ſunt
& quaſi infinite circunſtantie. Pro quarū diuerſi-
tate diuerſificari debet iudicium: ita ut uix poſſit
aliqua in moribus regula tradi: que in particulari
bus caſibus exceptionem non admittat. Deniq;
generantur exhinc ſcrupuli inquietiui conſcien-
tiaꝝ ſimpliciū, ut in eis ſit ſolidū nihil. Nam & ſi

beatus eſt vir qui ſemper eſt pauidus, & qui ve-
retur omnia opera ſua: obſeruandū tamē eſt ſū-
mo ope illud terētianū. ne qd nimis. & ut idem
loquit̃ ne ī cirpo nodū querat: ne quoq; ei īpro-
peret̃ illud eiuſdem. Quid ſi celū ruat. Demum
quoq; quid prodeſt: īmo quid nō obeſt coartare
plus iuſto mandatū dei quod eſt latū nimis? quid
inſuper expedit amarius grauiuſq; reddere illud
iugū chriſti quod ſuaue eſt & onus eius leue. Nā
& ſi contēptus ex hac laxatione apud quoſdā im
probos maior oriatur habentes velamen malicie
libertatem. Aſt apud alios bene inſtitutos gratia-
rum reſonabunt actiones. preſtabitur etiā ſeduli
us obſequium domino, & patri tante manſuetu
dinis: cuius mandata grauia nō ſunt. & qui vult
nos tēptari, & nō grauari ſuper illud quod poſſu-
mus. ¶ Sequitur ex premiſſis q̧ ſtulte querūt qui
petunt diſtinctōem aut differentiā peccati morta
lis a veniali per regulā generalem, facientem par
ticulariter & īfallibiliter ſcire de quolibet actu ſi ē
mortalis aut uenialis patet ex premiſſis. Et illud
ſic oſtendit Cancellarius vbi ſupra. Tales inquit
petunt ac ſi q̄rerent a medico doceri ſe vno ver-
bo regulas generales de omnibus morbis & ve-
nenis & cibis, et vulneribus, quando et quomo-
do non mortem inferrent. Et certe ad ſingulares
circunſtantias, et ad particularia legis precepta di
ligens noſtra conſideratio deſcēdat oportet: qui-

bus perpenſis loquendū eſt ut ſapiens iudicabit. Idem cibus exēpli gratia nonne queſo poteſt uni mortē certā, alteri leuē egritudinē īducere? Vide ꝙ uenenū fortiſſimū mortis inductiuū ipſi cōpoſitores tyriace ad mortis euaſionē cōficiūt. Porro diuerſis hominibus, īmo eidē homini uariis tēporibus quis neſciat eundē cibū nūc ſalutiferū fieri: nunc mortem celeriter operari.

¶ Capitulum. xv. dat ſex regulas uniuerſales ad cognoſcendum peccata mortalia.

SEd quereres. quid igitur proderit doctrina uniuerſalis ſup talibus cognoſcēdis? Reſpōdeſ ꝙ plurimū prodeſt per omnē modū. Nā regule generales fundamentaliter tradite dum ad ꝑticularia uentū eſt, oſtendunt quid de ſingularibus iudicandū ſit. Singulares quippe ad regl'as illas uniuerſales reſoluere cōuenit: quo facto ueritas illuceſcit. Carens autem notitia huiuſmodi regularꝝ uniuerſaliū, quando precor poterit his reſolutionibus uti? quomodo mēſurabit ad regulam, qui regulas nō habet? proderit tamē non negamus circa ſpecies peccatorꝝ regulas apponere ſpeciales: ſed hoc alterius conſiderationis eſt. Nūc tamē ſuper regulas uniuerſales quaſdā tactas precedenti ca. &. xiii. ac. xxi. ponentur adhuc alie. xv. a Cancella. et ab aliis theologis notabilibus tradite. ¶ Eſt igitur ſecundū Cancella. prima regula ꝙ nullum eſt peccatū mortale actuale

abſq; conſenſu libero rationis uere uel interpretatiue. Interpretatiuū aūt conſenſnm dicimus eſſe dū habuit ratio tēpus deliberādi, & refugiendi ea circa que vitanda peruigil eſſe tenebatur. qualiter dicit lex forēſis ꝙ qui tacet: cōſentire uidetur, dū ſcilicet repugnare deberet. Cōſenſus tamen ſolū in actū uenialiter malum eſt tantūmodo uenialis loquendo de ueniali ex genere ſuo ut eſt verbum ocioſum. ¶ Secūda regula. Non quilibet tenetur ſcire de quolibet peccato mortali an ſit tale. licet expediat iſtud īqrere, & ſcire iuxta uniuſcuiuſq; vires & ſtatum. & plus eccleſiaſticos q̄ laycos. Et inter eccleſiaſticos prelati ex officio tenent̄, ꝙ ſint parati omni poſcenti reddere rationē de ea, que ī eis eſt fide & ſpe. ¶ Tertia regl'a ē ꝙ cōpatio peccatorū adiuicē ſcd̄m grauitatē maiorē & minorē generaliter ſumi nequit niſi cōpentur ī genere ſuo, et ceteris paribus. Quoniā ſcd̄m alias circūſtantias ꝑticulares ſe habēt plurimū ut excedētia & excessa. ¶ Quarta regl'a quātificatio peccatoꝝ a poſteriori ſumitur a pena, licet nō ſufficiēter uſquequaq;. et a priori penes genus obiecti & intentionem finis, & libidinem ſeu conatum uoluntatis maiorē uel minorem, & cauſam motiuam, tempus et locū, & penes damna inde ſequentia: que peccans preuidebat, aut ꝓuidere tenebat̄. ¶ Quinta regl'a bonitas moralis ſumitur ex obiecto. ſed totalis bonitas moralis ſpecialiter dependet ex

circunſtātiis finis & aliorum ſimul adunatis. Ma
liciam vero ex vnius aliaꝝ circūſtantiaꝝ carentia
ponimꝰ reſultare. Ceterū bonitatē gratuitā et me
ritoriā gratia gratū faciens operat᷑. Sexta regl'a.
Omnis actus cuius finis ītentus eſt peccatū mor
tale: mortalis eſt, ſiue ītendat᷑ actu uel habitu. qđ
ſcitur ſi operans interrogatus cur hoc facis, & ad
uertens tandem reſpōdebit ad hunc finem feci.
¶ Septima regula. Actus qui aliunde non eſſet
mortalis: & fit propter finem uenialem, videtur
eſſe ſolū uenialis, niſi forte p̄ſtituatur finis ille vt
ultimus & quietans. et non ſolum ut incidens, et
minus principalis actu uel habitu. ¶ Octaua regu
la. Nullum etiam deſideriū rei illicite factum tan
tummodo ſub conditione actualiter uel habitua-
liter adhibita: eſt de per ſe mortale delictum. De
per accidens tamen ꝑpter appetitus ſenſualis cō
motionē nimiā qua ſcienter dimittitur inualeſce
re ex talis deſiderii cōtinuatōe libera poteſt ipſū ī
ter mortalia deputari. Nona regl'a. Si quis mo-
uet᷑ occaſionaliter ſolū ex peccato mortali ad ali-
quē actū faciendū: nō oportet illū actū eſſe pecca
tū mortale. Secus ſi cauſa prīcipalis huiꝰ actꝰ eſſꝫ
mortale peccatum. ¶ Decima regula. Exponere
ſe periculo peccati mortalis: eſt mortale peccatū.
vel ſic. agere incertū & dimittere certum in ma-
teria morali eſt peccatum mortale: ſi tale ſit in-
certum ꝙ ſit mortale: nō ſolum per coniecturas

leues, aut ex ſuſpitione trepida et ſcrupuloſa pro
ueniente ex nimio timore cadendi in uia dei. ſed
intelligitur dū tale eſt uehementer & ꝓbabiliter ī
certū eque ſicut oppoſitum uel magis. tūc enī il-
lud quod agitur non carebit mortali culpa: aliter
non oportet, ut tactū fuit ſup̄ ca. xi. & . xiii. ¶ Vn
decima regula eſt. Omnis agens contra conſcien
tiā edificat ad gehennam uel mortaliter ſi conſci
entia ſit fixa: ꝙ id quod agitur eſt mortale, uel ue
nialiter ſolum q̄tum eſt ex parte vnius circunſtā
tie, que eſt facere contra conſcientiam: ſi conſci-
ētia iudicet ſolū illud eſſe ueniale. ¶ Duodecīa re-
gula. Nullus eſt actus adeo mortalis, quī ipſe uel
ſibi ſimilis ſit non mortalis: ſi diſplicet, uel ſi non
placet conſenſu perfecto & deliberato. Similiter
nullum peccatū eſt adeo ueniale, quin ipſum vel
ſibi ſimile fiat mortale dū placet: hoc eſt dum cō
ſenſus addit᷑. ſi tamē illud ueniale erat actus mor
talis ex genere ſuo: & ex eo quod non fiebat ex
conſenſu libero & perfecto uenialis reddebatur.
¶ Tredecima regula. Multa ex genere mortalia
ſunt, quorum ſimilia poſſunt effici bona dum tra
huntur extra rationem ſuam. quemadmodū do
lere deliberate de bono alterius eſt mortale delic-
tum. Si vero hoc fiat pro ʒelo iuſtitie boni cōmu
nis cui cōtrarium eſt tale bonum: iſte dolor virt᷒
erit. Plerunq; etiam multa ex genere bona eſſent
que ex aliqua circunſtantia peruerſa fiūt mala, &

ſpeciē mortalē imitātia. Decimaq̄rta regula. Nihil eſt adeo conſiliū in lege euangelica, qn in caſu poſſit obligatoriū eſſe. & ita quilibet utēs ratōe tenetur ſcdm prepatōem animi ad quodlibet cōſiliū. ut puta martyriū, uel dimiſſionē omniū ſuoꝝ et ſimiliū. ſi et ibi neceſſitas īmineret hoc agendi. Obligat inſuper quodlibet conſiliū, ut non contēnatur tanq̄ non ſit ſalubrior ſeruatio eius q̄ oppoſiti. Et tñ nullus ita conſiliis ſeruandis aſtringitur qn ab eo aut poſſit, aut debeat in caſu eoꝝ obſeruatio verbalis quandoqꝫ pretermitti. ut de nō habendo duas tunicas, & de prebendo pallio tunicā auferenti, & ſimilibus. ¶ Decimaquīta regula. qa ars non deliberat ſi ex uirtute agit aliqs quādoqꝫ quaſi ſubito ſit ex peruerſa aſſuefactiōe uicioſus: quaſi repente precipiatur. Et ita male habituatus in uiciis, ut in iurādo, cōcupiſcendo, odiendo, in iudicādo, et ſimilibus: fere demeretur cōtinue, ſicut uirtuoſo cōtinuo merces accreſcit, ut uerū ſit qui in ſordibus eſt ſordeſcat adhuc. & iuſtus iuſtitiā faciat adhuc. Decimaſexta regula eſt de permiſſionibus peccatoꝝ, et relaxatōe penarū, uidelicet ꝙ pene ſunt reſtringende, ſic ꝙ abſqꝫ utilitate reipublice, vel eius cui infliguntur, nec inſtitui: nec inſtitute exequi deberent. & peccant oppoſitū facientes, uel eas cū inſtituerint non tollentes. In omni autē republica tollerari poſſūt, aut debēt uicia, que abſqꝫ deteriori piculo neqꝫ corrigi, neqꝫ

extirpari ualerent. quando aūt illud eſt, & quādo
nō difficile ē: & ſepe īpoſſibile generaliter diffini-
re, niſi ꝑut circūſtantiis ꝑticularibus īſpectis p̄la-
ti ſuꝑiores, & ſapiētiores determīabūt. Exemplū
ē de meretricib⁹, uſuris, & ſimilibus: q̄ quīqꝫ ꝑmit-
tunť. et ita de cōcubinariis ꝓ loco et tempore ſta-
ret forte eſſe faciendum.

¶ Capitulum. xxvi. docet quando aliquid ſit pec
catum in regulis religioſoꝝ, & in aliis ſtatutis hu
manis. & quid ſit contemptus.

SVnt etiā alie regl'e de qbuſdā peccatis q̄
ꝯtigere poſſūt circa varios act⁹. uidelicet
de ſcādalo, ignorātia, et contēptu. de qb⁹
ſit hec p̄ma regula. ¶ Nullus agēs bn̄ ſcd̄m omēs
circūſtātias dici debet dare ſcādalū alteri q̄tūcūqꝫ
ſcādalizetur ali⁹. Scandalū enī eſt dictū uel factū
minus rectū p̄bens alteri occaſionē ruine. nā ī uia
omnio recta ſi qs occiderit, nō ex ſcādalo uie, ſed
ex ꝓprio defectu ꝓuenit. Solus aūt ille ſcādalizat
actiue: qui aduertens, uel aduertere debens alios
proniores eſſe ad peccandum ex modo ſuo agē-
di, qui ſibi non eſt in precepto: nihilominus ipſe
operari non deſiſtit. Secus in caſibus hic excluſis
vbi malicia propria eſt ſcādalum gratis acceptū.
Vbi preterea non eſt aduertentia, nec eſſe debet
de ſcandalo alterius. & ubi quis ad illud operan-
dum teneretur. Dicitur uero ille ex malicia ſua
peccare, & ſcandalum accipere, non ex actu

alterius: q informatus ſufficiēter de bonitate hu-
iuſmodi actus nihilominus in ruinam vult cade-
re. ut ſi ex voto religiōis emiſſo, parētes poſt ſuf-
ficientem de religionis perfectione informationē
ſe ſcandalizari conquerātur. Scandalū eſt huiuſ-
modi non puſillorū ſed phariſeoꝝ acceptum ſcʒ
& non datum. Vnde quilibet ab omni actu cui
nō eſt conſtrictus aliunde tenetur deſiſtere quan
do timet, vel timere debet ſecundum vehemen-
tem coniecturam ſcandalū puſillorū quouſqꝫ de
iſto cōpeſcendo diligentiam compleuerit, niſi for
te ꝓ cōmuni utilitate vnctio ſpirituſſancti doceat
illud tunc agendū. ut chriſtus fecit in publicatiōe
ueritatis. ¶ Scḋa regula eſt de ignorantia. Ignorā
tia iuris diuini ſi ſit culpabilis nō cadit ī facientē il
lud quod in ſe eſt: quia ſcʒ talem hominē de ne-
ceſſariis ad ſalutem que vires ſuas excedunt do-
cere imediate paratꝰ ē deꝰ. Ita etiā ignorātia inuī
cibibilis excuſat ī eis preſertim que ſunt facti, nō
autem craſſa uel ſupina que prouenit ex negligē
tia ſciendi & faciendi quod in ſe eſt. Dicitur autē
īuincibilis nō qn vinci poſſit: aut ꝙ neceſſe ſit ex
ea tunc operari: ſed quia operans ſufficienter ſe-
cūdum caſus euentum diligentiam appoſuit ſci-
endi illud quod neſcit. De ignorantia uero iuris
humani ſufficienter promulgati tenēdum eſt ꝙ
nō liberat ſubditos a pena in foro exteriori: licet
frequenter quo ad deum excuſet a culpa quoſdā

ignorātes. Inſuper ſciendū ꝙ dans operā rei illicite ad ſe non ſpectanti: non excuſat per ignorātiā de peccato ſequenti. Preſertim quo ad penas in foro exteriori de rigore ſoluēdas. ſed apud deū non īputat ad nouū, vel ad maius peccatū: ſicut īterfectio hoīs p ebriū nō utentē ratōe, ñ hab3 culpā maiorē q̄ fuerit talis ebrietas. De adorāte vero adoratōie deo debita abſolute idolū uel diabolū trāſſigurantē ſe in angelū lucis ſeu chriſtū. dicendū ꝙ talis a mortali crimīe nequaq̄ excuſat: nec hic ignorāia īuincibil' locū h3, ſ3 ꝑbādi ſūt ſpūs ſi ex deo ſūt. Secus ſi ſub cōditōe īplicita uel explicita hec adoratio fieret ubi ꝓbabilis cōiectura de ſic agendo cōtingeret. queadmodū hoſtiā nō cōſecratā īmo lapidē hoſtie ſimilē caſus aliquis licite faceret adorare. ¶ Tertia regula ē de cōtemptu hec videlicet, contemnens auctoritatē ſupioris nō ex paſſiōe uel fragilitate uel ignorantia: ſed ex cōtemptu qui eſt pricipalis cauſa aut finis trāgreſſionis ſue: reus peccati mortalis exiſtit. ut dū qs dicit ſuperiori in eo ꝙ ſuperior. ego in deſpectū veſtri hoc agam quod inhibetis, alias non acturus. ¶ Pro cuius verbi ītellectu notat Antiſi. in ſumma ꝙ contēptus tribus modis fieri poteſt. Vno modo eſt appreciari rem min⁹ iuſto. Alio modo eſt rem negligere, & de ea non curare. ut cū peccans habet circunſtantias retrahentes, ſed eas nō curat aduertere. Claudit quoq3 oculos quodam-

mō & uertit tergū ad eas. Tertio modo eſt iraſci rei tanq̄ uili: et eā aſpnari. Primū eſt malū. ſecundū eſt peius. tertiū peſſimū. Dicamus igitur ꝙ in omni peccato etiā ueniali cōmittit̃ contēptus dei primo modo uere uel interp̄tatiue. Secūdus cōtēptus interuenire poteſt tā in mortali q̄ i ſolo ueniali. Tertius contēptus cōtra deū precipientem & contra prelatū ſuū inq̄tum prelatus eſt: nō uidet̃ vnq̄ fieri cū deliberatione cōpleta abſq; peccato mortali. & hoc uocatur proprie contēptus. Diligenter tamen aduertendū ꝙ refert plurimū dicere aliquid fieri ex contēptu, & aliquid eſſe cum contēptu. ſicut refert aliquid fieri ignoranter: & aliquid ex ignorantia. Dicitur quippe aliquid fieri ex contēptu, quando contēptus eſt principalis cauſa talis actionis, ſic ꝙ illo ñ exiſtente nō fieret actio. Ita quis opatur ex ignorātia: qñ iſta nō exiſtente nullo modo fieret id quod fit. prouenit autem actus nonnunq̄ cū contēptu uere uel interp̄tatiue: non tamen ex contēptu. quia cōtemptus non eſt in cauſa. ſed uel infirmitas, aut debilitas: aut ignorātia, aut affectio aliqua uicioſa, & libidinoſa dominat̃. ſicut peccat aliquis quādoq; ignorāter, ita tñ ꝙ nō minus oparetur qd̄ opat̃, ſi illud cognoſceret. ideo palā eſt ignorantiā tūc nō eſſe cauſam agentē, ſed circunſtantem. Ex his omni-

bus patet ꝙ non uidet̃ regula generalis poſſe ſumi de diſtinctione inter mortale penes hoc qđ eſt eſſe uel non eſſe ex contẽptu. quoniã ſi capiatur contemptus primo modo: nõ eſt neceſſe omnẽ actum factum ex cotemptu eſſe mortalem. dum ſcilicet deus aut ꝑlatus appreciat̃ minus iuſto ſolum uenialiter. & ex contemptu tali mentitur aliquis, aut ocioſe iocat̃, aut lente reſiſtit primis motibus. Silr̃ ex ſcđo cõtẽptu poteſt euenire, q̃uis non ita leuiter nec frequẽter: ſed actus ſi ꝓuenit deliberate ex deliberatione completa ex tertio cõtemptu, ſemper eſt mortalis. Hoc enim fit quando peccans attendit ad precipientẽ, & ad preceptum eius licitum, ſiue ſit deus aut prelatus. et propter uilipenſionem, aut aſpernationem precipientis, ſuiq; precepti aſſurgit effrenate ad talem actũ faciendum, uel obmittendum: alioquin nõ facturus, uel non omiſſurus. hoc ꝓprie eſt agere ex cõtemptu. tanq̃ ſi dicat aliquis ego ĩ deſpectum veſtri: & quia ſic precipitis, agam oppoſitũ. non tamen omne peccatum mortale tali ueſtitur circũſtãtia. Egidi⁹ uero qđli. vi. q. xxi. vbi q̃rit. An religioſus frãgens ſilentiũ cũ agat ꝯtra cõſtitutiones peccet mortalit̃: diſtiguit. di. Ex ꝯtẽptu peccat qs duplicit̃. Primo ſi hĩ ipõ qa hoc religioſo p̃cipi poteſt, ipſe uult cõtrariũ facere: vbi maxime appet

contemptus ſicut diceretur aliquis in contēptum et deſpectum facere contra aliquem quando uideretur facere ea que ſibi ſunt contraria. Secundo dicitur facere in contēptum religionis, quando nō tenet ſe ad finē religionis: & religionē nō reueretur niſi q̄tum timet, vel propter aliam cauſam cuius ratione nihil curat obſeruare de ſtatutis religionis. ſicut dicimus ꝙ aliquis cognoſcens vxorem ſuā peccat mortaliter ſi cognoſcat eam: non qa vxor eſt: ſed quia femina. Ille aūt cognoſcit vxorem ſuā ut uxor eſt: quando nullo modo alii ſe vellet coniungere. Ille aūt ut feminam: qui coniungit ſe ei non habens differentiā cui ſe coniungat an vxori, an alteri. Sic & multi in religione viuunt. quia non poſſunt, vel quia verecundātur aliter viuere. & ſi poſſent ſine verecundia: libenter colla ab onere religionis excluderent. Tales vt plurimū manente tali voluntate reuerentiam ad religionē non habent. Vnde tales preuaricantur religionis ſtatuta ex contemptu. quia re religionē contemnentes nihil curant de religione obſeruare, niſi quatenus poſſent in religione tollerari. Si ergo ſic frangitur ſilentium: ꝙ frangēs in nullo frenum religionis habens libenter ī aliis contrairet. ſicut coniugatus in nullo frenum coniugii habens libenter aliis cōiugiis cōmiſceretur: poteſt eſſe peccatum mortale. Sed ſi quis ex ſocietate vel aliter ſine religionis contemptu frangat

ſilentiū, vel ſit preuaricricator eorꝝ q̄ ſcd̄m ſe nō ſunt mala: ſed ſunt in religiōe vetata ſolū ꝓpter obligationē ad penā, nō ad culpam: nō dicim⁹ ꝙ mortaliter peccet. Hec Egidius. Satis concordare uidetur Cancellar. vbi ſupra. vbi ſic dicit. Si religioſus contēpſerit regulam ſuam, & ſui ſuperioris auctoritatem etiā in his que appellamus monitōes ſeu monitoria. & ꝓ quibus ſola diſciplina ordinis ſtatuta. aut ſupioris eſt arbitrio derelicta: ille peccat grauiter. quia & monitum contēnit et remedium. vt Bernar. ī depre. ait. Itaqꝫ paſſim et abſqꝫ pretenſo qualiſlibet ignorātie vel fragilitatis velo, ſed ſola libidine tranſgrediendi que monita ſunt religionis effrenus eſt ad omnia velut vnus ex ſecularibus: palam eſt ꝙ contemnit: preſertim ſi ſuper his ipſe addiderit pertinaciam que recuſat diſciplinam. Sic accipiēdū reor illud beati Bernar. & aliorū cōmuniter dicētium talia eſſe criminalia ſi contēnantur uel ſi fiant ex contēptu. Carent autem hoc contemptu qui ex fragilitate humana uel quadam leui curialitate frangun ſilentiū, aut alia agūt oppoſita his q̄ monita ſūt uel ſecundum Bernar. factiua precipue quia parati ſunt ad diſciplinam ordinis: dum illa iuſte requiritur ab eis conformiter ad regularem inſtitutionē et cōſuetudiem bonā in talib⁹ obſeruatam.

¶ Capitulum. xxvii. docet quando preceptum

diuinum ſit obligās ad mortale peccatum et quādo non. & q̄ latum ſit medium virtutis ſecundū virtutem epikeye.

a AD maiorē aūt declaratıonē que ſint precepta ad mortale obligantia et q̄ ſolū ad venialia ꝑ finali ↄcluſiōe hui⁹ tractat⁹ notādū eſt ſecūdum predictum cancellarium ꝙ qa deı mandatum eſt latum nimıs ſecundnm pſalmiſtam. Ideo in preceptis quibuſlibet attenditur quadruplex latıtudo: videlicet magna parua minor mınima. Magna inq̄ & parua ſecundum q̄s mortaliter & uenialiter peccare poſſumus. Minor uero vbi aliquid eſt cōſilium ſolum. Sed minima ubi iā eſt conſummata ıuſtıtıa que ſolum habet̃ in patria de qua auguſtinus dicit ꝙ p̄ceptū de dilectione dei ex toto corde ſolum ī patria perfecte et proprie adımpletur. Magna igitur latıtudo eſt infra quā conſiſtit ıuſtitia q̄lem a nobis req̄rıt deus ſub pena incurrendi odium ſuum cum reatu mortis eterne. Extra hāc latitudinem non ſtat rectitudo quā qui trāſit et egredit̃ agēdo uel omittēdo ıpſe in tortuoſitatem peccati mortalis ſemper labıtur. Hec latıtudo magna ē medium uırtutis quale poſuit ariſtotiles eſſe viſıbile tāquā ſignum ad ſagittam. Conformiter ad hoc loquit̃ Oratıus. Eſt modus ī rebus ſūt certi deniqꝫ fines quos ultra citraqꝫ nequit conſiſtere rectū. Alia latitudo ſtrictior & parua ē, iſfra cuius lımites ↄſiſtit

iuſtitia ſeu rectitudo: qualem a nobis requirit deꝰ mediate uel īmediate, ſi uolumus uitare non tantum odiū ſuū cum reatu pene eterne ſcdm legē: ſed etiā offenſam eius quālibet. aut non retardari a uita eterna, aut corporaliter nō puniri. Exorbitatio ab hac latitudine cōſtituit aliquādo tantum mō peccatū ueniale, dū uidelicet deuiatio non eſt tāta ꝙ exeat primā latitudinē, nec ita pua ꝙ maneat infra ſcdam. Certū enī eſt ꝙ ī pueris et infirmis & aliis nō habētibus plenitudinē uſus ratōis ſepeuenialia ſunt, q̄ apud uiros grādiores merito crimīalia dicūtur. ſicut etiā quedā ex genere mortalia, ſūt uenialia ī aliis homībus ex defectu plene deliberatiōis, et cōſenſus. ut ſūt cogitatiōes illecebroſe nō moroſe. Exēplū de latitudine pſata duplici ī preceptis. Sit enī illud preceptū honora deum et parētes. Poteſt aliquis non honorare parētes multipliciter Vno modo quia pro tempore et locō qbus honorandi ſunt: ipſe dū cogitat de eis ſpernit eos cōſenſu pleno, & deliberato, aut ſcienter cū deliberatione pfecta. iſta tunc omittit, q̄ ad honorem debitum pertinēt. Erit enī hec latitudo precepti ſic explicabilis. Honora deū et parentes loco et tēpore qbus cogitabis de eis, ſic ꝙ cōſenſu perfecto & deliberato, eos nec malignanter inhonores: nec honore ſuo uolūtarie ſcienter atqꝫ notabiliter priues. Quiſqs exierit hoc mediū uirtutis, eamqꝫ latitudinē: ille profecto tenebitur reus

deuiationis tortuoſe & criminalis. At vero quia contingit aliter in honorare deum & parentes: Erit rurſus alia latitudo precepti ſumpta per epikeyam ex aliis circunſtantiis. Poteſt itaq; inhonoratio talis contingere: que non erit notabils maſicie in genere ſuo: vt leuis guſtus aut riſus, aut verbū aliquod minus ſobrium in preſentia ſanctoꝝ dei aut parentū ſuorum etiam cū deliberatiōe. Et dū actualis ad iſta habetur conſideratio: poteſt nihilominus talis inhonoratio reperiri, que licet ex ſe ſit notabilis: caret tamē cōſenſu pleno moroſo et delberato ob etatem. infirmitatem, ignorantiam ſurreptionem, nō facientes. Primam inhonorationem dum tamen abſq; ſcandalo fiat aliorū quis auderet culpe mortalis arguere? Secundam ſimiliter nullus opinor mortalē accuſabit. Ita in omni fere precepto reperire eſt. Exhīc etiam elicitur euidens neceſſitas uirtutis illius quam Ariſto. epikeyam appellat. Cuius eſt conſiderare nedum preceptum de ſe, ſed circunſtantias omnes particulariter ipſum veſtientes. De quo dictū ē capi. xix. ſupra. Ex his conſequenter habentur modi concordandi rigorem iuſtitie atq; ſeueritatem diſcipline cum leuitate miſericordie & fauorabilis indulgentie: imo neceſſe eſt vt in omni actu noſtro vt alterutrum cantemus deo iudicium & miſericordiam: Alioquin iuſtitia in iniquitatem: & ſeueritas in crudelitatem conuerteretur. quemad-

modum ſi quis paruulum filium ſuum damnare vellet ad carcerem. quia puerili ira motus matrem percuſſit. Ita de ebrio fatuo aut inaduertente quis non cognoſcit hanc peanam eſſe iiuſtiſſimam: quam in alium grandeuum ſobriū & deliberatum liceret inferre. Quare concluditur ꝙ p̄ceptum ſi ſub prima latitudine explicata cogitetur aliter obligat q̄ ſub ſecūda. Prima latitudo ꝓprie vocatur preceptum. Secūda vero mandatū ſtatutū / ordinatio / uel magis apte vocatur mōitō quod ſonat vt ratio ſit peruigil: vt nec venialibus deturpetur. Sic etiam patet ꝙ eſt quedam lex inter preceptū & cōſilium que lex plus ligat q̄ conſiliū: & minus q̄ p̄ceptū. tanq̄ ſi diceremus ī omni policia illā legē dūtaxat eſſe p̄ceptū cuiꝰ trāgreſſio ſcd̄m omnes circunſtantias penſata extremo mortis ſupplicio plectenda cenſetur. Illi vero legi monitionis nomen appropriate dicemus: cuiꝰ trāſgreſſio circūſtantiis omnibꝰ ponderatis veniam habet aut tēporalē ſolā punitiōem demeret.

¶ Capitulum. xxviii. ſimile docet de votis / iuramentis & preceptis cōmunibus.

SEquitur ex prehabitis hec. i. regula generalis. Sicut ī p̄ceptis ita ī votis ſaltē cōmunibꝰ & in iuramētis / ac ī obediētia duplex illa latitudo p̄dicta intelligēda eſt ſic ꝙ nō omnis

uoti cõmunis: aut iuramenti, uel alia tranſgreſſio
eſt peccatũ mortale. Iuramẽta enim & uota talia
ita nunꝗ proferuntur abſolute, quin interpretatio
nes, cõditões, gloſas, aut ciuiles ĩtelligentias ſuſci-
piant. ut ſapiens epikes iudicabit. hoc enim iã ſu-
pra probatum eſt capitulo. xix. Ad idem ſunt iu
ra plura. ad idẽ eſt ratio ex ſacra ſcriptura ſũpta.
Cũ enĩ finis omnis legis ſit caritas ſcd̃m apoſto-
lum. i. thi. i. Cum preterea religiones & auctorita
tes prelatorum date ſint ad edificationẽ corporis
chriſti miſtici, nõ ad ſubuerſionem & illaqueatio-
nem fidelium ſe eis ſubmittẽtium, quis auderet
dicere aut cogitare ꝙ ſancti uiri ſancto ſpiritu ple
ni ſupra iugũ chriſti ſuaue, et facilitatem legis ſue
adicere uoluerint onus grande tot et talium con-
ſtitutionum ſub obligatione pari ad precepta pu-
re diuina, hoc eſt ſub reatu et pena dãnatõis eter-
ne? Dictum eſt autem in uotis cõmunibus notan
ter. qa ſecus eſt de particularibus uotis. qa vota ĩ
cõmunitatibus interpretanda ſunt magis ad intẽ
tionem cõmunẽ, que illic habetur aut haberi de-
bet, ꝗ̃ ad pticularẽ intentionẽ uouentis. Vouens
aũt particulariter ĩ re propria, ſicut eſt actor uoti:
ita eſt ſuus ĩterpretator ex intentione ꝓpria. ꝗ̃uis
intentio ſi ſit palam erronea, aut ſtulta peccet: cer
te nec ad uoti ligat ĩpletionem, ĩmo ꝙ ſupiori au
ctoritati ſemp reſeruet' habet uſus uniuerſalis ec
cleſie. Scd̃a regula generalis. Sicut non omnis

ꝓfitens euangelicā regulam, uel legē & ad obſer-
uationem ſui ſe obligans, qđ fit in baptiſmo pec-
cat mortaliter in omni tranſgreſſione cuiuſcunqꝫ
in eadē lege cōtenti. ſic nec omnis profitens alicu
ius religionis regulam, uel iurans ſtatuta alicuius
cōmunitatis, peccat mortaliter in omni trāſgreſſi
one cuiuſcunqꝫ contenti ī regula uel ſtatutis. Ra
tio eſt. quia ſicut in ueteri lege, ſic et in noua ſunt
multe traditiones, que quandoqꝫ precepta, quan-
doqꝫ mādata, quādoqꝫ inſtitutiōes, qn̄qꝫ leges di-
uine nominantur. Quarꝫ tamen alique ſunt pre
cepta ſtricto nomine. alie monitōes, īmo alie con
ſilia ſolum, & alie iuſtitia conſūmata. eodem mō
eſt in regulis & ſtatutis religionū. ¶ Eſt igitur ter
tia regula conſolatoria hec. ꝙ inſtitutiōes huma
nę nō debent tales interpretatōes aſpernari, qua-
les iuramēta & uota ſecundū concordē doctorū
ſententiā recipiūt etiā dū ꝓferunť abſolute. Alio
quin enim in laqueum & magnum ſalutis diſpē
diū uerterentur. Sed argueres ſic. Omnis uiolās
iuramentū, aut uotum peccat mortaliter. quia ꝑ-
iurium eſt mortiferum. Sed Iohānes monachus
iurat omnia ſeruare q̄ ſūt ī regula (nō eni fecit ex
ceptōem) ergo ī omni trāſgreſſione huiuſmōi uo
ti & iuramēti, & obediētie peccat mortaliter. Re-
ſpōdeť cōcedendo maiorē, ſed negādo miorē, vi
delicet ꝙ iuramētū et uotū cadat iſto mō ſup oīa
que ī regľa ꝓtinenť. Sed q̄reres ſuper que cadunt

B. D. L. O. D.

& ſuper que non. Accipe de hoc regulã generalem hãc ꝙ ſuper ſola precepta proprie dicta/hoc eſt ſecundũ primã latitudinẽ cõſiderata cadit hoc modo votũ & iuramentũ profitẽtis regulam. & quicquid regule verba ſonãt: tamen interpretatõ talis habẽda ẽ. tũ ꝑ rectã ratõem: tũ per ſuperioris diſcretionẽ. tum deniqꝫ per legẽ que maior ẽ/ legẽ inq̃ diuinã & legẽ caritatis. Sed diceres: multi ſimplices ĩmo & litterati fortaſſis putant᷑ ſe vouiſſe uel iuraſſe regulã aut ſtatuta ſeruare/ & oĩa que illic ſcripta ſunt ſine omni cõditõe aut exceptione? Reſpõdet᷑ ſi humiles ſunt ſicut eſſe debent nõ ita adherẽt ſenſui ſuo qn explicite vel ĩplicite actu uel habitu parati ſint ſtare ĩ talibus ad ĩterp̃tatõem & iudiciũ prudentioꝝ. Ita dicimꝰ de omnibꝰ ſtatutis collegiorũ vniuerſitatũ et capitulorũ cũ dicit᷑ alicui: Tu iuras ſeruare ĩuiolabiliter omĩa ſtatuta. iura ꝑuilegia/ libertates/ cõſuetudines laudabiles: nec ipſis quomodolibet cõtraire clam vel occulte/directe/uel indirecte. & obedies tali uel tali ſupiori tuo ĩ omnibꝰ licitis & honeſtis. Dehinc particularia talia iuramenta interpretanda ſunt ciuiliter: aut in illis modo ſupradicto ſtatuenda eſt latitudo magna/ſeu interpretatio epikeye. Eſt autem interpretatio hec uel ſimilis: ꝙ iurans ſeruabit ea ſicut a legiſlatoribus ordinata ſunt: aut ordinari debuerunt. vtpote precepta proprie dicta: vt precepta/ monitiones: concilia ſicut concilia.

ꝙ inſuper obediat in omnibus licitis & honeſtis ſuperiori ſuo. Verbi gratia ſit ille rector. obediat inq̄ in eis que ad officiū rectoris ſpectant, & que ꝑ vtilitate manifeſta policie cui p̄eſt ſibi p̄cepit ſecundū īſtitutōes & cōſuetudines laudabiles eiuſdem policie. Et niſi valeat legittima excuſatione vel exceptione ſe tueri. vt quia plus aliis gratis oneratur. vt quia ab aliis vrgentioribus impeditur ꝙ ſi non poſſit ita iurans docere ſufficienter de īpedimento legittimo: ille quidem punietur p rectorē ciuiliter ꝑ īobedientia. Ceterū deus qui cor intuetur eundē liberabit. Et ſic de regulis generalibus peccatorum pro conſcientie directorio dixiſſe ſufficiat. Nā de ſpecialibus videant̄ ſūme doctoꝝ et cōtractus modernoꝝ. ſpecialia tamē peccata in multis cognoſci poſſunt ſi regule prefate vniuerſales ut oportet applicent̄ caſibus ꝑticularibus. Et de hoc vide tractatum quem collegi de lepra anime.

¶ Capitulum. xxix. docet quomodo in opinionibus de fide, doctoribus contraria tenentibus ſcru ſcrupuloſus tute ſe habere valeat.

PEnultimo nunc queritur. Vtrum doctoribus in materia fidei contrariantibus qs poſſit ſequi vnam opinionem ſine piculo peccati mortalis ſicut multi dicunt in caſu ſimili de moralibus? Reſpondetur ꝙ beatus Aug. li. .ii. de predeſti. ſanctoꝝ dicit. Intereſt in quantis

& in quibus rebus erretur. & q̄ facile ſe quiſquis corrigat. uel quanta pertinacia ſuū defendere conetur errorē. ideo multiplici diſtinctiōe in his utē dum eſt, et ſimilib⁹. Vna de materia circa quā doctores uariantur in opiniōibus. Alia de ipſoꝝ doctorum conditionibus. Tertia de ipſoꝝ auditoribus. Quarta de mō adherendi opinionibus ipſis. aut ſuoꝝ auctorib⁹. Quīta de efficacia motiuorū ī auctoritate doctoꝝ ratōe et argumentis. ¶ Quo ad primum notandū ꝙ materie circa quas uariātur doctorū opiniones, uel ꝑtinent ad fidē, uel bonos mores, aut nō. ſed ꝑtinent ſeu ſunt circa materiā facultatū artiū, puta grāmatice. logice, philoſophie, medicine, methaphiſice, ꝛc̄. Si primo mō adhuc diſtinguendū eſt. quia ea que ad fidem ꝑtinent, aut expreſſe & manifeſte habentur ī ſacra ſcriptura, uel ex auctoritate eccleſie māifeſte fidelibus tanq̄ credenda ſunt expoſita. Aut ſūt talia quoꝝ nec teſtimoniū māifeſtum ſacre ſcripture habetur: nec expreſſa eccleſie uniuerſalis doctrīa de eis aliqd explicite docet, q̄q̄ includantur in eis quoꝝ explicita fides neceſſaria eſt uniuerſis fidelibus. Si de primis fiat ſermo, adhuc ē diſtīguendum, ut ponit ſanct⁹ Tho. q. de. ve. ix. videlicꝫ ꝙ ad fidē aliqd ꝑtinet dupliciť. Vno mō directe & pricipaliť, ſicut ſūt credibilia ī articło fidei explicita. Scđo mō īdirecte & ſcđarie, ſicut ſūt ea q̄ ī diuīa ſcriptura ſūt reuelata. ſicut ꝙ Abrahā habuit

duos filios. ¶ Scd̄a principalis deinde diſtictio eſt
habenda doctorꝶ circa quos reſpicienda eſt qua-
litas & q̄ntitas diſcreta.ſ.qualitas in q̄,utpote qui
ꝓ una parte ſunt opiniōis,an ſint litteris famoſi ī
facultate ſua expti. & morū honeſtate ac conſciā
graues.ne ſibi querat aliquis ad ſui appetitus ſiue
erroris colorationem prurientes auribus.De qui-
bus prophetauit ſcd̄e thi.iiii.apl̄us. Erit qdem tē
pus cū ſanā doctrinam non ſuſtinebūt:ſed ſcd̄m
ſua deſideria coaceruabūt ſibi magiſtros prurien
tes aurib⁹.glo.qui ea doceāt q̄ uolūt.Tales enī q̄-
rere nō ē q̄rere veritatis ſinceritatē: ſꝫ deſiderare
mētis cecitatē,& ꝓpriā affectōem.q̄obrē uidendi
ſūt doctores hi potius qui ſanctorꝶ doctrinis pa-
trū inherent.Amplius ſcd̄m illud eccle. viii. Ne
deſpicias narratōem p̄ſbyterorum,ideſt doctrinā
ſapientum doctorum. et in prouerbiis eorum cō
uerſare, id eſt ſecūdum eorum doctrinam uiue.
Ab ipſis enim diſces ſapientiam.ſ.de diuinis.cu
